

# Prologus

menti et vini: celiq; caligabūt roze. **B**tūs tu israel. Quis similis tui: pple qui saluaris in dño: Scutū auxiliū tuū: et gladius glorie tue. Regabūt te inimici tui: et tu eorum colla calcabis.

XXXIII

**A**scendit ergo moyses de caestribus moab sup mōtē nebo in verticē phalga contra hiericho ostenditq; ei dñs oēm terrā galaad vsq; dan: et vniūsum neptalim terramq; ephraim et manasse et oēm terrā iuda vsq; ad mare nouissimū: et australē ptes et latitudinē campi hiericho ciuitatis palmarum vsq; segor. **A**xitq; dñs ad eū. **H**ec ē terra p qua iurauit abraā ysaac et iacob dicens. **S**emini tuo dabo eā. **V**idisti eā oculis tuis et nō trāsibis ad illā. **P**ortuusq; ē ibi moyses seruus dñi in terra moab iubente dño: et sepeliuit eum in valle terre moab cōtra phogor: et nō cognouit hō sepulcrū ei? vsq; in p̄sentem diem. **M**oyses centū et viginti annorū erat qñ mortuus ē. **N**ō caligauit ocul? ei? nec dentes illius moti sunt. **F**leuerūtq; eum filij isrl in campestribus moab triginta dieb? et cōpleti sunt dies planctus lugētū moysen. **I**osue vō filius nun replet? ē spiritu sapientie: q; moyses posuit sup eū manus suas. **E**t obedierūt ei filij israel feceruntq; sicut p̄cepit dñs moysi. **E**t nō surrexit ppheta vltra i isrl sicut moyses quē nosset dñs facie ad facie in omnibus signis atq; portētis que misit p eum vt faceret in terra egypti pharaoni et oib? seruis eius vniūseq; terre illi? et cūctā manū robustā magnaq; mirabilia que fecit moyses coram vniuerso israel.

**E**xPLICIT Deutronomiū. **I**ncipit plogus beati Hieronymi p̄byteri in librū Iosue.

**T**andem finito pentateuco moysi velut grādi fenore liberati ad iesum filiū nauē manuz mittim? quoniam hebrei iosue bennun. i. iosue filiū nun vocāt: et ad iudiciū librū quē sophim appellant: ad ruth quoq; et hester q̄s eisdē noib? efferūt. **B**onemulq; lectorē vt siluā hebraicorū nominū: et distinctiones p mēbra diuisas: diligens scriptura p̄seruet: ne et noster labor et illi? studium pereat. **E**t vt in p̄mis qd̄ sepe detestat? sū sciat me non in rēphensionē veterū noua cudere sicut amici mei criminant: sed p virili portioe offerre lingue mee hoibus quos tñ nostra delectant. vt p grecorum hexaplis q̄ et sumptu et labore maximo indigent: editionē nostram habeāt. **E**t sicubi in antiquorum voluminū lectione dubitarint. hec illis con ferentes in-

ueniant quod requirunt. **M**axime cū apud latinos tot sint exemplaria q̄t codices: et vn? quisq; p arbitrio suo vel addiderit v? subtraxerit quod ei visum est. et vtiq; nō possit veresse quod dissonat. **S**i cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius: et sc̄m opus venenata carpe lingua desistat: vel suscipiēs si placeret: vel cōtemnens si displiceret: memineritq; illorū versuū. **M**s tuū abundauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos. **S**edēs aduersus fratrem tuū loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scandalū: hec fecisti et tacui. **E**xistimasti inique q; ero tui similis: arguā te et statuā illa cōtra faciem tuam. **Q**ue em̄ audiētis vel legentis vtilitas ē nos laborando sudare: et alios detrahendo laborare dolere iudeos q; calūniandi eis et irridēdi christianos sit oblata occasio: et ecclē homines id despiceret: imo lacerare vñ adūsarū torq̄ant? **Q**si vetus eis tm̄ interpretatio placet que et mihi nō displicet: et nihil extra recipiē dum putant: cur ea que sub astericis et obelis vel addita sunt vel amputata legunt et negligunt? **Q**uare danielē iuxta theodotio nis traditionē ecclesie susceperūt: **C**ur originem mirant? et eusebiū pamphili: cūctas editiones similiter differentes: **A**ut q̄ fuit stulticia: postq; vera dixerint p̄ferre que falsa sūt. **S**i aut in nouo testamento p̄bare poterunt assumpta testimonia que in libris veteribus nō habent. **H**ec dicimus ne oīno calūniantibus tacere videamur. **C**eterū post sc̄tē paulē dormitionem cuius vita virtutis exemplum est: et hos libros quos eustochio x̄gini chri sti negare non potui: decreuimus dum spiritus hos regit artus prophetarū explanatiōi incūbere: et omissum iā diu opus quasi quodaz postliminio repeteret: p̄sertim cū et amirabilis sanctusq; vir p̄machius hoc idem literis flagitet: et nos ad patriā festinātes mortiferos syrenarum cantus surda debeamus aure transire.

**E**xPLICIT prologus. **I**ncipit argumentum.

**I**esus filius nauē: typum domini nō solum in gestis: verū etiaz in noie gerens: transit iordanē. hostiū regna subuertit: diuidit terram victori populo: et p singulas vrbes viculos. montes. flumina. torrentes atq; confinia ecclesie celestisq; hierusalem spiritalia regna describit.

**E**xPLICIT argumentum. **I**ncipit liber Iosue. **C**apitulum primum.

**Q** factum est post mortem moysi serui dñi: vt loqueret dñs ad iosue filiū nun ministrum moysi: et diceret ei

**M**oyses seruus meus mortuus est. Surge et transi iordanē istū tu et ois ppls tecū in terram quaz ego dabo filiis israel. **O**m̄ locū quē calcauerit vestigiū pedis v̄ri: vobis tradam: sicut locutus sum moysi. **A** deserto et libano vsq; ad fluiū magnū eufraten omis terra etheorum vsq; ad mare magnū cōtra solis occasum erit terminus v̄r̄. **N**ull⁹ poterit vob resistere cū actis diebus vite tue. **S**icut fui cū moysi. ita ero tecū: nō dimittā nec derelinquā te. **C**onfortare et esto robustus. **T**u cū sorte diuides pplo huic terrā: p qua iuravi p̄ribus tuis vt traderem eā illis. **C**onfortare igit et esto robustus valde vt custodias et facias oēm legem quā p̄cepit tibi moyses seruus me⁹. **N**e declines ab ea ad dexterā vel ad sinistrā vt itelligas cūcta que agis. **N**ō recedat volumē legis hui⁹ ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctib⁹ vt custodias et facias om̄ia q̄ sc̄pta sūt in eo. **T**ūc dirigas viā tuā et itelligas eā. **E**cce p̄cipio tibi cōfortare et esto robust⁹. **N**oli metuere et noli timē: quā tecū ē dñs de⁹ tu⁹ in oib⁹ ad quecūq; prexeris. **P**recepitq; iosue p̄ncipibus pp̄li dicēs. **T**ransite p̄ medium castrorū: et impate pplo ac dicite. **P**reparate vobis cibaria: quā post diē tertii transibitis iordanē: et intrabit ad possidendā terram quā dñs deus n̄r daturus ē nobis. **R**ubeni t̄is quoq; et gadditis et dimidie tribui manasse ait. **V**enētote sermōis quē p̄cepit vobis moyses famulus dñi dicēs. **D**ñs de⁹ v̄r̄ dedit vobis requiē et oēm terrā. **U**xores v̄re et filij v̄ri ac iumentā manebūt in terra quā tradidit vobis moyses trans iordanē. **V**os autem transite armati ante fr̄es v̄ros oēs fortes manu et pugnate p̄ eis. **D**onec det requiē dominus fratrib⁹ v̄ris sic et vob dedit: et possideāt ip̄i quoq; terrā quā dñs de⁹ v̄r̄ datur⁹ ē eis. et sic reuertimini in terrā p̄fessionis v̄re: et habitabitis in ea quā vobis dedit moyses famulus dñi trans iordanē cōtra solis ortū. **R**ūderuntq; ad iosue: atq; dixerūt. **O**m̄ia q̄ p̄cepisti nobis faciem⁹: et quocūq; miseris: ibimus. **S**icut obediuim⁹ in cūctis moysi: ita obediemus et tibi: nū sit dñs de⁹ tecū sicut fuit cum moysi. **Q**ui cōtradixerit ori tui et nō obedierit cūctis s̄mōib⁹ quos p̄ceperis ei moriāf: **T**u tñ p̄fortare: et viriliter age.

**I**gitur iosue filius nun de sethim duos viros exploratores in abscondito et dixit eis. **I**te et considerate terram urbem hiericho. **Q**ui pergressi ingressi sunt domum mulieris meretricis noferaab: et quieverunt apud eam. **R**ūciatūq; ē regi hiericho: et dictū. **E**cce viri ingressi sunt huc p̄ noctem de filiis israel: vt exploret̄ eā. **A**ditq; rex hiericho ad raab meretricē dicēs. **E**duc viros qui venerunt ad te: et ingressi sunt domū tuam. **E**xploratores quippe sunt: et oēm terrā p̄siderare venerūt. **T**ollēsq; mulier viros abscondit et ait. **F**ateor venerūt ad me: sed nesciebā v̄r̄ essent. **C**ūq; porta clauderet in tenebr̄: et illi piter exierūt: nescio q̄ abierunt. **P**ersequimini cito et cōprehēdetis eos. **I**ta aut̄ fecit ascendere viros in solariū dom⁹ sue: opuitq; eos stipula lini que ibi erat. **I**bi aut̄ qui missi fuerant: secuti sunt eos p̄ viā que ducit ad vadū iordanis: illisq; egressis statim porta clausa ē. **N**ec dum obdormierāt q̄ latebāt et ecce mulier ascendit ad eos: et ait. **N**oui q̄ dominus tradiderit vobis fr̄ā. **E**t enī irruit in nos terro: vester: et elanguerūt oēs habitatores terre. **A**udiuim⁹ q̄ siccauerit dñs aq̄s maris rubri ad vestrū introitū quā egressi estis ex egypto: et que fecerit duob⁹ amozorū regibus q̄ erāt trās iordanē: seon et og q̄s interfecistis. **E**t hec audiētes p̄timuim⁹ et elanguit cor nostrū nec remāsit in nob̄ sp̄s ad introitū v̄r̄m. **D**ñs enī de⁹ v̄r̄ ip̄e est deus in celo sursum et in terra deorsum. **N**ūc ergo iurate mihi p̄ dominū vt quōd ego misericordiā feci vobiscum ita et vos faciatis cū domo p̄ris mei: detisq; mihi verū signū vt saluetis p̄rem meū et matrem: fratres ac sorores meas et om̄ia que illoz sunt: et eruatis aias n̄ras a morte. **Q**ui r̄ndērunt ei. **A**nima n̄ra sit p̄ vobis in mortem: si tñ nō prodiderit nos. **C**ūq; tradiderit nobis dñs terram: faciem⁹ in te misericordiā et veritatem. **D**emisit ergo eos p̄ funē de fenestra dom⁹ enī ei⁹ herebat muro. **D**ixitq; ad eos. **A**d montana cōscēdite: ne forte occurrant vobis reuertētes: ibiq; latitate trib⁹ dieb⁹: donec redeāt: et sic ibitis p̄ viam vestrā. **Q**ui dixerunt ad eam. **I**nnoxij erim⁹ a iuramento quo adiurasti nos: si ingredientib⁹ nobis terram signum nō fuerit suuiculus iste coccine⁹ et ligaueris eū in fenestra p̄ quā demisisti nos et patrē tuū ac matrē fratresq; et oēm cognationem tuam cōgregaueris in domū tuā. **Q**ui ostium domus tue egressus fuerit: reus sibi erit: sanguis ipsius erit in caput ei⁹ et nos erimus alieni. **L**unctorū aut̄ sanguis qui tecū in domo fuerint: redundabit in caput nostrū.

si eos aliq̄s tetigerit. Et si nos p̄dere voluerit  
et sermonē istū p̄ferre in mediū: erimus mun  
di ab h̄ iuramēto quo adiurasti nos. Et illa  
respōdit. Sicut locuti estis: ita fiat. Dimittēs/  
q̄ eos vt p̄gerent appendit funiculū coccine  
um in fenestra. Illi v̄o ambulātes puenerūt  
ad montana: et māserunt ibi tres dies donec  
reuerterent qui fuerāt p̄secuti. Querētes enī  
p̄ oēm viam nō reppererūt eos. Quibus v̄z  
bem ingressis: reuerſi sunt: et descēderunt ex  
ploratores de monte: et trāsmisso iordane ve  
nerūt ad iosue filiū nun: narrauerūtq̄ ei om  
nia q̄ acciderāt sibi: atq̄ dixerūt. Tradidit do  
minus oēm terram hanc in manū nostras: et  
timore prostrati sunt cūcti habitatores eius.

**I**tur iosue de nocte confurgens movit castra: egres  
dientesq̄ de sechim: venerunt ad ior  
danē ipe et om̄s filij isrl̄: et morati sunt ibi per  
tres dies. Quib⁹ euolutis trāsierūt precones  
p̄ castrorū mediū: et clamare ceperūt. Quā vi  
deritis arcā federis dñi dei vestri et sacerdo  
tes stirpis leuitice portātes eā vos quoq̄ cō  
surgite et seq̄mini p̄cedētes: sitq̄ inter vos et  
arcā spaciū cubitorū duū miliū: vt p̄cul ma  
gis videre possitis: et nosse p̄ quā viā ingre  
diāmini: quia prius nō ambulastis p̄ eam et  
caute ne appropinquetis ad arcā. Dixitq̄ io  
sue ad ppl̄m. Sanctificamini: cras enī faciet  
dñs in v̄s mirabilia. Et ait ad sacerdotes.  
Collite arcā federis: et p̄cedite ppl̄m. Qui ius  
sa cōplentes tulerūt: et ambulauerūt añ eos.  
Dixitq̄ dñs ad iosue. Hodie incipiā exalta  
re te corā om̄i isrl̄ vt sciant q̄ sicut cum moyse  
fui: ita et tecū sum. Tu autē p̄cipe sacerdotib⁹  
qui portāt arcā federis: et dic eis. Cū ingressi  
fueritis p̄tem aque iordanis: stete in ea. Di  
xitq̄ iosue ad filios isrl̄. Accedite huc: et au  
dite verbū dñi dei vestri. Et rursus in hoc in  
quit scietis q̄ dñs deus viuēs in medio v̄ri ē  
et disp̄det in p̄spectu vestro chananeū et ethe  
um eueū et pherezeum gergeſeū quoq̄ et ie  
buseum et ammōreuz. Ecce arca federis dñi  
om̄is terre aſcedet vos p̄ iordanez. Parate  
duodecim viros de duodecim tribub⁹ israel  
singulos p̄ singulas tribus. Et cū posuerint/  
vestigia pedū suorū sacerdotes qui portant  
arcam federis dñi dei vniuerſe terre in aquis  
iordanis: aque que inferiores sunt decurrēt  
atq̄ deficient: que autē desup veniunt: in vna  
mole consistent. Igit̄ egressus ē ppl̄s de ta  
bernaculis suis vt trāſirent iordanē: et sacer  
dotes qui portabāt arcā federis p̄gebant añ  
eum. Ingressisq̄ eis iordanē et pedib⁹ eorum  
in p̄tem aque tinctis: iordanis autē ripas al

uet sui tempe messis impleuerat: steterūt aque  
descēdentes in loco vno: et ad instar mōtis in  
tumefcentes apparebāt procul ab vrbe q̄ vo  
caſ edom vsq̄ ad locum sarthan: que autē in  
feriores erāt in mare solitudinis qd̄ nunc vo  
catur mortuū descenderunt vsq̄ quo oſiūno  
deficerēt. Ppls autē icēdebat p̄tra iordanē: et  
sacerdotes q̄ portabāt arcā federis dñi stabāt  
sup siccā humū i medio iordanis accicti: ois  
q̄ populus p̄ arentē aluē trāſibat.

**Q**uibus transgressis dixit domin⁹ ad  
iosue. Elige duodecim viros singu  
los p̄ singulas tribus: et p̄cipe eis vt  
tollant de medio iordanis alueo vbi steterūt  
pedes sacerdotum: duodecim durissimos la  
pides: quos ponētis in loco castrorū vbi fixe  
ritis hac nocte tentoria. Vocauitq̄ iosue duo  
decim viros quos elegerat de filiis isrl̄ singu  
los de singulis tribub⁹ et ait ad eos. Ite ante  
arcam dñi dei vestri ad iordanis medium et  
portate inde singuli singulos lapides in hu  
meris v̄ris iuxta numerū filiorū israel vt sit si  
gnum in v̄s. Et quā interrogauerint vos fi  
lij v̄ri cras dicētes: qd̄ sibi volūt isti lapides  
respondebitis eis. Defecerūt aque iordanis  
ante arcā federis dñi cū trāſiret eū: idcirco po  
siti sunt lapides isti in monumentū filiorū isrl̄  
vsq̄ in eternū. Fecerūt ergo filij isrl̄ sicut pre  
cepit eis iosue: portātes d̄ medio iordanis al  
ueo duodeci lapides vt dñs eis imparat iu  
xta numerū filiorū isrl̄ vsq̄ in locū in q̄ castra  
metati sunt: ibi q̄ posuerūt eos. Alios quoq̄  
duodecim lapides posuit iosue in medio ior  
danis alueo vbi steterūt sacerdotes qui por  
tabant arcā federis dñi: et sunt ibi vsq̄ in pre  
sentem diem. Sacerdotes autē qui portabant  
arcā stabant in iordanis medio: donec om̄ia  
cōplerent que iosue vt loqueret̄ ad populus  
preceperat dominus et dixerat ei moyses. Fe  
stinavitq̄ populus et trāſiit. Cūq̄ trāſi  
ſent omnes: trāſiuit et arca domini: sacerdo  
tes quoq̄ p̄gebant ante populū. Filij quoq̄  
ruben et gad et dimidia tribus manasse arma  
ti p̄cedebant fratres suos filios israel: sicut  
eis p̄ceperat moyses et quadraginta pugna  
torum milia p̄ turmas et cuneos incedebant  
per plana atq̄ campeſtria vrbis hiericho.  
In die illo magnificauit domin⁹ iosue coram  
omni israel: vt timerent eum sicut timuerant  
moysen dum adhuc viueret. Dixitq̄ ad eū.  
P̄cipe sacerdotibus qui portant arcam fe  
deris domini vt ascendant de iordane. Qui  
precepit eis dicens: Ascendite de iordane.  
Cūq̄ ascendissent portantes arcam federis  
domini et siccā humū calcare cepissent: re

uerse sunt aque in alueū suum: et fluebant sic ante cōsueuerant. **P**opulus autē ascendit de iordane decimo die mēsis primi: et castrametati sunt in galgalis contra orientalem plagā vrbis hiericho. **D**uodecim q̄ lapides quos de iordanis alueo sumpserant: posuit iosue in galgalis: et dixit ad filios isrl. **Q**uando interrogauerint filij vestri cras p̄ses suos: et dixerint eis: quid sibi volūt lapides isti: docebitis eos atq; dicetis. **P**er arenā alueum transiuit israel iordanē istū: siccante dño deo n̄ro aquas eius in conspectu nostro donec transiremus sicut fecerat p̄a in mari rubro: quod siccavit donec trāsiremus: vt discant omnes terrarū populi fortissimam dei manum: vt et vos timeatis deum vestrum omni tempore.

**P**ostq; ergo audierūt omnes reges ammoreorum qui habitabāt trans iordanem ad occidentalē plagam et cum ceteris reges chanaan qui propinqua possidebāt magni marie loca q; siccasset dominus: fluēta iordanis corā filiis israel donec transirēt: dissolutum est cor eorū et nō remāsit in eis spiritus: timentū introitum filiorū israel. **E**o tempore ait dñs ad iosue. **F**ac tibi cultros lapideos: et circūcide secūdo filios isrl. **F**ecit quoq; quod iusserat dñs: et circūcidit filios israel in colle preputiorum. **H**ec autē causa est secūde circūcisionis. **O**m̄is popul⁹ qui egressus est de egypto generis masculini vniuersi bellatores mortui sunt in deserto per longissimos vie circūitus qui omnes circūcisi erāt popul⁹ autē qui natus est in deserto per quadraginta annos itinē latissime solli iudinis incircūcisi fuit donec cōsumerent qui nō audierunt vocem dñi: et quibus ante iurauerat vt ostēderet eis terrā lacte et melle manantē. **H**orū filij in locū successerūt patrū: et circūcisi sunt a iosue: qui sicut nati fuerāt in preputio erāt. **N**e eos in via aliquis circūciderat. **P**ostq; autē omnes circūcisi sunt: manserūt in eodē castrorū loco: donec sanarent. **D**ixitq; domin⁹ ad iosue. **H**odie abstuli opprobrium egypti a vobis. **V**ocatūq; est nomē loci illi galgalā vsq; in p̄sentem diē. **M**anserūtq; filij israel in galgalis et fecerunt phasē quartadecima die mēsis ad vesperē in campestrib⁹ hiericho et comederūt de frugibus terre die altero: et azymos panes et polentā eiusdem anni. **D**efecitq; manna postq; comederunt de frugibus terre: nec v̄si sunt vltra cibo illo filij israel: sed comederūt de frugibus p̄sentis anni terre chanaan. **C**um autē esset iosue in agro vrbis hiericho: leuauit oculos: et vidit virum stan-

tem cōtra se etiā ginatū tenentem gladiū: perrexitq; ad eum et ait. **H**osteres: an aduersa / riorū. **Q**ui respōdit. **N**equaq; sed sum princeps exercitus dñi: et nūc venio. **C**ecidit iosue pronus in terrā: et adorans ait. **Q**uid dominus meus loquit ad seruū suū. **S**olue inquit calciamentū tuū de pedibus tuis. **L**ocus em̄ in quo stas fact⁹ est. **F**ecitq; iosue vt sibi fuerat imperatū.

**H**iericho autē clausa erat atq; munita timore filiorū isrl: et nullus egredi aut debet aut ingredi. **D**ixitq; dominus ad iosue. **E**cce dedi in man⁹ tuas hiericho et regē eius: om̄esq; fortes viros. **C**ircūite vrbem iuncti bellatores semel p̄ diem. **S**ic facietis sex diebus. **S**eptimo autē die sacerdotes tollent septē buccinas: quarum vsus est in iubilico: et p̄cedent arcā federis. **S**eptiesq; circūibitis ciuitatē: et sacerdotes clangent buccinis. **C**ūq; insonuerit vox tubelongo: atq; cōcisor: et in auribus vestris increpauerit: cōclamabit om̄is popul⁹ vociferatiōe maxima et muri funditus corruent ciuitatis: ingrediēturq; singuli per locū q̄tra quē steterint. **T**ocauit ergo iosue filius nun sacerdos et dixit ad eos. **T**ollite arcam federis. **E**t septem alij sacerdotes tollent septē iubilico: buccinas: et incedant ante arcam dñi. **A**d populū quoq; ait. **I**te et circūite ciuitatē armati p̄cedētes arcam dñi. **C**ūq; iosue v̄ba finisset: et septem sacerdotes septē buccinis clangerēt ante arcam federis dñi: om̄isq; popul⁹ p̄cederet armati exercitus: reliquū vulgus arcā sequebatur ac buccinis om̄ia cōcrepabant. **P**recepit autē iosue populo dicens. **N**ō clamabit nec audietur vox vestra: neq; vllus v̄mo ex ore vestro egrediet̄ donec veniat dies in quō dicam vobis. **C**lamate et vociferamini. **C**ircūiuit ergo arca dñi ciuitatem semel per diē et reuersa in castra māsit ibi. **I**git iosue de nocte cōsurgente tulerūt sacerdotes arcam dñi et septem ex eis septē buccinas quarū in iubilico vsus est: p̄cedebātq; arcam dñi ambulantes atq; clangentes: et armatus populus ibat ante eos: vulgus autē reliquū sequebāt arcam et buccinis p̄sonabat. **C**ircūieruntq; ciuitatem secūdo die semel et reuersi sunt in castra. **S**ic fecerunt sex diebus. **D**ie autē septimo diluculo cōsurgentes: circūierūt vrbem sicut dispositum erat septies. **C**ūq; septimo circūitu clangerēt buccinis sacerdotes: dixit iosue ad om̄nē israel. **V**ociferamini. **T**radidit em̄ vobis dñs deus ciuitatē. **S**itq; ciuitas hec anathema: et om̄ia que in ea sunt domino. **S**ola raab meretrix viuat cum vniuer-

sis que cum es in domo sunt. Abscondit ensz nuncios quos direximus. Vos autem caueete ne de his que pcepta sunt vobis quipiam contingatis et sitis puaricationis rei: et omnia castra israel sub peccato sunt atq; turbetur. Quicquid autē auri aut argenti fuerit et vasorum eneorum ac ferri: domino consecretur repositum in thesauris eius. Igitur omni populo vociferante et clāgentib' tubis postq; in aures multitudinis vox sonitus increpuit: muri ilico corruerunt: et ascendit vnusquisq; per locum qui cōtra se erat. Reperūtq; ciuitatem: et interfecerunt omnia que erant in ea a viro vsq; ad mulierem: ab infante vsq; ad senem. Boues quoq; et oues et asinos in ore gladij percusserunt. Quobus autē viris qui exploratores missi fuerāt: dixit iosue. Ingredimini domum mulieris meretricis et producite eam et omnia que illius sunt: sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes eduxerunt raab et parētes eius: fratres quoq; et cunctam suppellectile in ac cognationez illius: et extra castra israel manere fecerunt. Urbem autē et omnia que inuenta sunt in ea succenderunt absq; auro et argento: et vasis eneis ac ferro: que in erarium dñi consecraverunt. Raab vō meretricē et domū p̄ris eius et omnia que habebat fecit iosue viuere: et habitauerunt in medio israel vsq; in p̄sentem diem: eo q; absconderit nuncios quos miserat vt explorarent hiericho. In tempore illo imprecatus est iosue dicens. Maldic' vir coram domino: qui suscitauerit et edificauerit ciuitatem hiericho. In primogenito suo fundamenta illius iaceat et in nouissimo liberoz ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum iosue et nomen eius vulgātū est in omni terra.

**F**ilij autē israel puaricati sūt māda: VII tū et ysurpauerūt de anathemate. Nā achā filius charmi filij zabdi filij zare d' tribu iuda tulit aliqd d' anathemate. Gratuitusq; ē dñs cōtra filios israel. Cūq; mitteret iosue de hierichō viros cōtra hay: que est iuxta bethauen ad orientalem plagam oppidi bethel: dixit eis. Ascēdite et explorate terraz. Qui pcepta cōplentes explorauerunt hay. Et reuersi dixerunt ei. Non ascendat omnis populus sed duo vel tria milia viroꝝ pergant et deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos. Ascenderunt ergo tria milia pugnatorum qui statim terga vertentes: percussit sunt a viris vrbis hay: et corruerūt ex eis triginta et sex hoies. Persecuti sunt eos aduersarij de porta vsq; ad sabarim et ceciderunt p̄ prona fugientes. Pertinuitq; cor populi et adiustar aque liquefactum est. Josue vō sci-

dit vestimēta sua et proutis cecidit in terram corā arcā dñi vsq; ad vesperā: tam ipse q̄ omnes senes isrl. Miserūtq; puluerē sup capita sua: et dixit iosue. Heu dñe de'. Quid voluisti traducere populū istū iordanē fluuiuz vt traderes nos in manus amorrei et pderes. Utinam vt cepim' mansissem' trās iordanē. Nā dñe deus quid dicam: vidēs israelē hostibus suis terga vertentem? Audient chanaei et omnes habitatores terre: et pariter congregati circumdabunt nos: atq; delebunt nomen nostruz de terra. Et quid facies magnonoi tuo. Dixitq; dñs ad iosue. Surge curia: ces pronus in terra. Peccauit isrl' et preuariat' catus est pactū meū: tulerūtq; de anathemate et furati sunt atq; mentiti: et absconderunt inter vasa sua. Nec poterit israel stare añ hostes suos: eosq; fugiet: quia pollutus est anathemate. Nō ero vltra vobiscū: donec contraris eum q̄ hui' sceleris reus ē. Surge sanctifica populū: et dice eis. Sanctificamini i crastinū. Nec em̄ dic' dñs de' isrl'. Anathema in medio tui est isrl'. Nō poteris stare coram hostibus tuis donec deleat' ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisq; mane singuli p̄ tribus vestras: et quāmcūq; tribū fors inuenerit: accedet p̄ cognationes suas et cognatio p̄ domos: domusq; p̄ viros: et quicūq; ille i hoc facinore fuerit deprehensus cōbureat' igni cū omni substantia sua: quā puaricatus ē pactū dñi: et fecit nephas in israel. Surgēs itaq; iosue manet: applicuit israel p̄ trib' suas: et inuenta est tribus iuda. Que cū iuxta familias suas esset oblata: inuenta est familia zare. Filium quoq; p̄ domos offerēs reperit zabdi. cuius domum in singulos diuidens viros inuenit achā filiū charmi: filij zabdi: filij zare de tribu iuda. Et ait iosue ad achā. Fili mi da gloriam dño deo israel et cōfiteri: atq; indica mihi qd feceris: ne abscondas. Rūditq; achā iosue et dixit ei. Vere ego peccauī dñio deo israel: et sic et sic feci. Vidi em̄ inter spolia pallium coccineū valde bonū et ducentos siclos argenti: regulāq; aureā quinquaginta siclorum et cōcupiscēs abstuli et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei argentūq; fossa humo operui. Misit ergo iosue ministros qui currētes ad tabernaculum illi' repererunt cūcta abscondita in eodē loco et argentum simul. Auferentesq; de tentorio tulerunt ea ad iosue et ad omnes filios israel profererūtq; ante dñm. Tollens itaq; iosue achā filium zare argentūq; et pallium et aureā regulam: filios quoq; et filias eius: boues et asinos et oues: ipsumq; tabernaculum et cūctam suppellectilem et omnis israeli cū eo: duxerunt eos ad vallem acho: vbi dixit iosue. Quia turba

si nos: et turbet te dñs i die hac. **L**apidavitq; eū oñs israhel: et cūcta que illi<sup>9</sup> erāt igne cōsumpta sunt. **C**ōgregauerūtq; sup eū aceruū magnū lapidū: q̄ pmanet vsq; in pñtem diē. **E**t auersus ē furoz dñi ab eis. **V**ocatu<sup>9</sup> q; est nomē loci illius vallis achor: vsq; hodie.

**D**ixit autem dñs ad **VIII**  
 Josue **N**e timeas neq; formides **T**ol  
 le tecum omnem multitudinem pu  
 gnatorum: et confurgens ascende in oppidū  
 hay. **E**cce tradidi in manum tuam regem ei<sup>9</sup>  
 et populum: vrbemq; et terras. **F**aciesq; vrbī  
 hay et regi eius: sicut fecisti hiericho et regi il  
 lius. **P**redam vero et omnia animalia diri  
 pietis vobis. **N**one insidias vrbī post eam.  
**S**urrexitq; iosue et oñs exercitus bellatorū  
 cū eo: vt ascenderēt in hay. **E**t electa triginta  
 milia viroꝝ: fortitū misit nocte: pcepitq;  
 eis dicens. **N**on ite insidias post ciuitatem.  
**N**ec longius recedatis: et eritis omnes para  
 ti. **E**go autem et reliqua multitudo que me  
 cum est: ascendemus ex aduerso contra vrbē  
**C**ūq; exierint contra nos: sicut ante fecimus  
 fugiemus: et terga vertemus donec psequē  
 tes ab vrbē lōgius ptrahebant. **P**utabunt enī  
 nos fugere sicut prius. **N**obis ergo fugienti  
 bus et illis psequētib; cōsurget de insidijs  
 et vastabitis ciuitatem tradetq; eam dñs de<sup>9</sup>  
 vester in manus vras. **C**ūq; ceperitis succē  
 dite eā: et sic omnia facietis vt iussi. **D**imisitq;  
 eos et prexerunt ad locum insidiarū: federū  
 q; in bethel et hay ad occidentālē plagā vrbis  
 hay. **J**osue autē nocte illa in medio māsit  
 populi. **S**urgēs q; diluculo recensuit socios:  
 et ascendit cum senioribus in fronte exercit<sup>9</sup>:  
 vallatus auxilio pugnatorū. **C**ūq; venissent  
 et ascendissent ex aduerso ciuitatis: steterunt  
 ad septētrionalem vrbis plagā: inter quam et  
 eos vallis erat media. **Q**uinq; autē milia vi  
 ros elegerat et posuerat in insidijs in betha  
 uen et hay ex occidentali pte eiudem ciuitatē.  
**O**mñs vō reliquus exercitus ad aquilonem  
 aciem dirigebat: ita vt nouissimi multitudis  
 occidentalem plagā vrbis attingerent. **A**dijt  
 ergo iosue nocte illa: et stetit in vallis medio.  
**Q**uod cū vidisset rex hay festinauit mane: et  
 egressus est cum omni exercitu ciuitatis: dire  
 xitq; aciē cōtra desertū: ignorans q; post ter  
 gum laterēt insidie. **J**osue vō et oñs israhel ces  
 serunt loco: simulantes meū et fugiētes p so  
 litudinis viam. **E**t illi vociferātes piter et se  
 mutuo cohortantes psecuti sunt eos. **C**ūq;  
 recessissent a ciuitate: et ne vn<sup>9</sup> quidem in vr  
 behay et bethel remāssisset qui nō psequeret  
 israhel: sicut erupant apra oppida relinquen  
 tes: dixit dñs ad iosue. **L**euā clypeū qui i ma

nu tua est cōtra vrbē hay: qm̄ tibi tradā eam  
**C**ūq; eleuasset clypeū ex aduerso ciuitatē insi  
 die q̄ latebāt: surrexerunt cōfestim et pgentes  
 ad ciuitatē ceperūt: et succenderūt eam. **V**iri  
 autē ciuitatis q̄ psequēbant iosue: respiciētes  
 et vidētes fumū vrbis ad celū vsq; cōs edere  
 nō potuerūt vltra huc illucq; diffugere: pser  
 tim cū hi q̄ simulauerāt fugā: et tēdebāt ad so  
 litudinē ptra psequētes fortissime restitissent.  
**V**idēs q; iosue et ois israhel q; capta eēt ciuitas et  
 fum<sup>9</sup> vrbis ascēderet: reuersus p cussit viros  
 hay. **S**iquidē et illi q̄ ceperāt et succēderāt ci  
 uitatē: egressi ex vrbē cōtra suos medios ho  
 stitū ferire ceperūt. **C**ū ergo ex vtraq; pte ad  
 uersarij cederent ita vt nullus de tanta mul  
 titudine saluaret: regē q; vrbis hay apprehē  
 derūt viuentē et obtulerūt iosue. **I**git oibus  
 interfectis q̄ israhelē ad deserta tēdentē fuerāt  
 psecuti et i eodē loco gladio corruētib<sup>9</sup>: reuer  
 si filij israhel p cusserūt ciuitatē. **E**rant autē q̄ in  
 eodē die cōciderāt a viro vsq; ad mulierem:  
 duodecim milia hoīm oēs vrbis hay. **J**osue  
 vō non ptraxit manū quā in sublime porre  
 xerat tenens clypeū: donec interficerent oēs  
 habitatores hay. **F**umenta autē et pdam ciui  
 tatis diuiserūt sibi filij israhel: sicut pceperat dñs  
 iosue. **Q**ui succendit vrbē: et fecit eā tumuluz  
 sempiternū. **R**egē quoq; ei<sup>9</sup> suspēdit in pati  
 bulo vsq; ad vesperam et solis occasum: pce  
 pitq; iosue et deposuerunt cadauer ei<sup>9</sup> de cru  
 ce protuleruntq; in ipō introitu ciuitatis con  
 gesto sup eo magno aceru lapidū qui pma  
 ner vsq; in pñtem diē. **T**ūc edificauit iosue  
 altare dño deo israhel in mōte heb. **I**icut pce  
 perat moyses famulus dñi filijs israhel: et scri  
 ptū est in volumine legis moysi: altare de la  
 pidibus ipolitjs quos ferrū nō tetigit et obtu  
 lit sup eo holocaustū dño: imolauitq; pacifi  
 cas victimas. **E**t scripsit super lapides deu  
 tronomium legis moysi: quod ille digesserat  
 corā filijs israhel. **O**mñs autē ppls et omnes ma  
 iores natu: ducesq; ac iudices stabāt ex vtra  
 q; pte arce in cōspectu sacerdotū q̄ portabāt  
 arcam federis dñi: vt aduenāta et indigena  
**M**edea ps eorū iuxta montē garizim et me  
 dia iuxta montē hebal: sic pceperat moyses  
 famul<sup>9</sup> dñi. **E**t primū qdē bñdixit pso israhel: p  
 hec legit oia vba bñdictionis: et maledictio  
 nis: et cūcta q̄ sc̄pta fuerāt in legis volumine.  
**N**ihil ex his q̄ moyses iusserat reliq̄t intactū  
 s̄ vnūsa replicauit corā oī multitudine israhel: mu  
 lierib<sup>9</sup> ac puul<sup>9</sup> et aduenis q̄ in eos morabāt.

**Q**ibus auditis cuncti  
 Reges trans iordanez q̄ versabant in  
 moranis et cāpestribus in maritimis  
 ac litore magni maris: hi quoq; q̄ habitabāt

luxta libanum etheus et ammoreus: chana /  
neus: pherezeus et eueus et iebuseus congre-  
gati sunt pariter ut pugnaret contra iosue et  
isrl vno animo eademque sententia. At hi qui ha-  
bitabant in gabaon: audientes cuncta que fece-  
rat iosue: hiericho et hay: callide cogitantes  
tulerunt sibi cibaria: saccos veteres asinis im-  
ponentes: et vases vinarios scissos atque consu-  
tos: calciametasque pantiqua que ad iudicium  
vetustatis pitacius consuta erant: induti veteri-  
bus vestimentis: panes quoque quos portabant  
ob viaticum duri erant et in frustra comminuti  
Perreperuntque ad iosue qui tunc morabatur in ca-  
stris galgale: et dixerunt ei atque simul omni isra-  
eli. De terra longinqua venimus pacem vobis  
scum facere cupientes. Ruderuntque filii israel  
ad eos: atque dixerunt. Ne forte in terra que nobis  
forte debet habitetis et non possimus fedus inire  
vobiscum. At illi ad iosue serui inquit tui sumus  
Quibus iosue ait. Qui nam estis vos: aut unde  
venistis: Responderunt. De terra longinqua  
valde venerunt serui tui in nomine domini dei tui  
Audiuimus enim famam potentie eius: cuncta que  
fecit in egypto et duobus regibus ammoreorum  
qui fuerunt trans iordanem: seon regi esebon et  
og regi basan qui erant in astaroth dixerunt  
que nobis seniores et omnes habitatores terre no-  
stre. Tollite in manibus vestris cibaria ob longis-  
simam viam: et occurrite eis et dicite. Serui ve-  
stri sumus: fedus inire nobiscum. En panes qua-  
ndo egressi sumus de domibus nostris ut veniremus  
ad vos calidos sumpsimus: nunc sicci facti sunt  
et vetustate nimia comminuti. Vases vini no-  
stros impleuimus: nunc rupti sunt et soluti Vestes  
et calciameta quebus induimur et que habemus  
in pedibus ob longitudinem longioris vie  
trita sunt et pene consumpta. Susceperunt igitur  
de cibariis eorum: et os domini non interrogauerunt.  
Fecitque iosue cum eis pacem: et inuito federe  
pollicitus est ut non occiderent Principes quo-  
que multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem  
tres inuito federis: audierunt que in vicino ha-  
bitarent: et inter eos futuri essent. Prouerunt  
que castra filii israel: et venerunt in ciuitates eo-  
rum dicentes: quare hec vocabula sunt ga-  
baon et caphira et beroth et cariathiarim. Et  
non percusserunt eos eo quod iurassent eis principes  
multitudinis in nomine domini dei israel. Murmu-  
rauit itaque omne vulgus contra principes israel.  
Qui responderunt eis. Iurauimus eis in nomi-  
ne domini dei israel. et idcirco non possumus eos con-  
tingere. Sed hoc faciemus eis. Reseruentur que  
idem ut viuam ne contra nos ira domini concitetur  
si peccauerimus: sed sic viuam ut in usus vni-  
uersae multitudinis ligna cedant: aquasque compo-

sent. Quibus hec loquentibus vocauit gabaon-  
itas iosue: et dixit eis. Cur nos decipere frau-  
de voluistis: ut diceretis percul valde habita-  
mus a vobis: cum in medio nostri sitis. Itaque  
sub maledictione eritis et non deficiet de stirpe  
vestra ligna cedens: aquasque comportas in do-  
mum dei mei Qui ruderunt. Nunciatum est nobis  
seruis tuis quod promississet dominus deus tuus moysi ser-  
uo suo: ut traderet vobis omnem terram: et disper-  
deret cum ceteros habitatores eius. Timuimus igitur  
valde: et puimus animabus nostris vestro terro-  
re compulsi: et hoc consilium iniuimus. Nunc autem  
in manu tua sumus: quod tibi bonum et rectum  
videbitur: fac nobis. Fecit ergo iosue ut dixerat  
et liberauit eos de manu filiorum israel ut non  
occiderent. Decreuitque in illo die eos esse in  
ministerio cuncti populi et altaris domini ce-  
dentes ligna et aquas comportantes vsque in  
presens tempus in loco quem dominus ele-  
gisset. X

**Q**uod cum audisset adonisedech rex hie-  
rusalem quod scilicet cepisset iosue hay et sub-  
uertisset eam: sicut enim fecerat hiericho  
et regi eius: sic fecit hay et regi illius et qui trans-  
fugissent gabaonite ad israel: et essent federa-  
ti eorum: timuit valde. Urbs enim magna erat  
gabaon et vna ciuitatum regalium: et maior  
oppido hay: omnesque bellatores eius fortissi-  
mi. Misit ergo adonisedech rex hierusalem  
ad oham regem hebron et ad pharan regem hie-  
rimoth ad iaphie quoque regem lachis et ad  
dabir regem eglon: dicens. Ad me ascendite  
et ferte presidium ut expugnemus gabaon que  
transfugerit ad iosue et ad filios israel. Con-  
gregati igitur ascenderunt quatuor reges am-  
moreorum: rex hierusalem: rex hebron: rex hie-  
rimoth: rex lachis: rex eglon: simul cum exer-  
cibus suis: et castrametati sunt circa gaba-  
on oppugnantes eam. Habitatores autem ga-  
baon urbis obsesse: miserunt ad iosue: qui tunc  
morabatur in castris apud galgalam: et dixe-  
runt ei. Ne retrahas manus tuas ab auxilio  
seruorum tuorum. Ascende cito et libera nos: fer-  
que presidium. Couenerunt enim aduersum nos om-  
nes reges ammoreorum qui habitant in mon-  
tanis. Ascenditque iosue de galgalis: et omnis ex-  
ercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Di-  
xitque dominus ad iosue. Ne timeas eos. In manu  
enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis ti-  
bi resistere poterit. Irruit itaque iosue super  
eos repente tota nocte ascendens de galga-  
lis. Et conturbauit eos dominus a facie isra-  
el: conturbauitque plaga magna in gabaon: ac per-  
secutus est eos per viam ascensus bethoron: et  
percussit vsque azech et maceda. Cumque fugerent

# Iosue

filios israel. et essent in descensu bethoron. Dominus misit super eos lapides magnos de celo usque ad azecha. Et mortui sunt multo plures lapidibus gradinis: quam quos gladio percusserant filii israel. Tunc locutus est dominus iosue in die quam tradidit amorreum in conspectu filiorum israel. dixitque coram eis. Sol contra gabaon ne moueatur: et luna contra uallē baylon. Steteruntque sol et luna donec uisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum. Stetit itaque sol in medio celi: et non festinauit occubere spacio unius diei. Non fuit antea et postea tam longa dies obediēte domino uoci hominis: et pugnante pro israel. Reuersusque est iosue cum omni israel in castra galgala. Fugerant enim quinque reges et se absconderant in spelunca urbis maceda. Nunciatumque est iosue quod inuenti essent quinque reges: latentes in spelunca urbis maceda. Qui precepit socijs et ait. Uoluite saxa ingentia ad os spelunce: et ponite viros industrios qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare sed persequimini hostes: et extremos quosque fugentium cedite. Ne dimittatis eos urbium suarum intrare presidia: quos tradidit dominus deus in manus uestras. Cessit ergo aduersarijs plaga magna et usque ad internitionē pene consumptis: hi qui israel effugere potuerunt: ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad iosue in maceda ubi tunc erant castra: sani et integro numero. Nullusque contra filios israel mutire ausus est. Precepitque iosue dicens: aperite os spelunce: et producite ad me quinque reges qui in ea latitant. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum: et adduxerunt ad eum quinque reges de spelunca: regem hierusalem: regem hebron: regem gerimoth: regem lachis: regem eglon. Cumque educti essent ad eum uocauit omnes viros israel et ait ad principes exercitus qui secum erant. Ite et ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexisset et subiectorum colla pedibus calcarent rursus ait ad eos. Nolite timere ne pauentis: confortamini et estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus uestris aduersum quos dimicabit. Percussitque iosue et interfecit eos: atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi usque ad uesperum. Cumque occumberet sol: precepit socijs ut deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant: et posuerunt super os eius saxa ingentia que permanent usque in presens. Eodem die macedam quoque cepit iosue et percussit in ore gladij: regemque illius interfecit: et omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltē paruas

reliquias. Fecitque regi maceda sicut fecerat regi hiericho. Transiuit autem cum omni israel de maceda in lebna et pugnabat contra eam: quam tradidit dominus cum rege suo in manus israel. Percusseruntque urbem in ore gladij et omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea ullas reliquias. Feceruntque regi lebna sicut fecerant regi hiericho. Belebna transiuit in lachis cum omni israel: et exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam: tradiditque dominus lachis in manus filiorum israel. et cepit eam die altero: atque percussit in ore gladij omnem animam que fuerat in ea sicut fecerat lebna. Eo tempore ascendit hirā rex gazer ut auxiliaretur lachis que percussit iosue cum omni populo eius usque ad internitionē. Transiuitque de lachis in eglon: et circumdedit atque expugnauit eam in eadem die: percussitque in ore gladij omnes animas que erant in ea iuxta omnia que fecerat lachis. Ascendit quoque cum omni israel de eglon in hebron et pugnauit contra eam: cepitque et percussit in ore gladij: regem quoque eius et omnia oppida regionis illius uniuersasque animas que in ea fuerant commorante. Non reliquit in ea ullas reliquias. Sic fecerat eglon: sic fecit et hebron. cumque in ea repererit consumens gladio. Inde reuersus in dabir: cepit eam atque vastauit: regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Non dimisit in ea ullas reliquias. Sic fecerat hebron et lebna et regibus earum sic fecit dabir et regi illius. Percussit itaque iosue omnem terram montanam et meridianam atque campestem et aseroth cum regibus suis. Non dimisit in ea ullas reliquias: sed omne quod sperare poterat interfecit: sicut precepit ei dominus deus israel a cadesbarne usque gazam. Omnem terram gosen usque gabaon uniuersosque reges et regiones eorum uno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim deus israel pugnauit pro eo. Reuersusque est cum omni israel ad locum castrorum in galgala. XI

**Q**uecum audisset iabin rex asor misit ad iobab regem madan et ad regem seimeron atque ad regem acsaph: ad reges quoque aquilonis qui habitabant in motanis et in palnitie contra meridiem ceneroth: in campestribus quoque et regionibus dozi iuxta mare: chanancum quoque ab oriente et occidente: et amorreum atque etheum ac pherezeum et iebuscum in motanis: eueum quoque qui habitabat ad radices hermon in terra maspha. Egressique sunt omnes cum turmis suis: populus multus nimis: sicut harena que est litoris maris: eamque et currum imense multitudinis conueneruntque omnes reges isti in unum ad aquas meron ut pugnarēt contra israel. Dixitque dominus ad iosue. Metimeas eos. Eras enim hac eadem



hora ego tradam omnes istos vulnerandos in  
 cōspectu israel. Equos eorū subneruabis: et  
 currus igne cōbures. Venitq; iohue et omnis  
 exercit⁹ eius cū eo aduersus illos ad aq̄s me-  
 ron subito: et irruerunt sup eos: tradiditq; il-  
 los dñs in manus isrl. Qui percusserūt eos et  
 psecuti sūt vsq; ad sidonē magnā et aq̄s: mas-  
 seraphot: campūq; masphe qui ē ad orienta-  
 lem illi⁹ ptem. Itaq; percussit omnes vt nullas  
 dimitteret ex eis reliquias. Fecitq; sicut pce-  
 perat ei dñs. Equos eorū subneruauit: cur-  
 rusq; combussit igni. Reuersusq; statim cepit  
 asor: et regem eius percussit gladio. Forcū au-  
 tiquitus inter omnia regna hec pncipatū tene-  
 bat. Percussitq; omnes alias q̄ ibidē morabā-  
 tur. Nō dimisit in ea vllas reliq̄as: s; vsq; ad  
 interitionē vniūsa vastauit: ipsamq; vrbem  
 pemit incendio: et omnes p circūitū ciuitates.  
 Reges quoq; earū cepit percussit atq; deleuit  
 sicut pceperat ei moyses famulus dñi Absq;  
 vrbibus q̄ erāt in collib⁹ et in tumulis site: ce-  
 teras succēdit israel: vnam tñ asor munitissi-  
 mam flāma psumpsit. Omnemq; predā istarū  
 vrbū ac iumēta diuiserūt sibi filij israel cun-  
 ctis hoibus interfecti. Sicut pceperat domi-  
 nus moysi suo suo: ita pcepit moyses iohue:  
 et ille vniuersa cōpleuit. Nō pterijt de vniū-  
 sis mādatīs: nec vnū quidē verbum qd iusse-  
 rat dñs moysi. Cepit itaq; iohue oēm terram  
 montanā et meridianā: terrāq; gofen et plani-  
 tiem et occidentalē plagā: montēq; isrl et cam-  
 pestria eius et ptem montis q̄ ascendit seir: vs-  
 q; baalgath p planitiē libani subter montem  
 hermō: omēs reges eorū cepit. percussit et occi-  
 dit. Multo tempore pugnauit iohue cōtra re-  
 ges istos. Nō fuit ciuitas q̄ se non traderet fi-  
 lijs israel pter eueum q̄ habitabat in gabaon.  
 Omnes em bellādo cepit. Dñi em sentētia fu-  
 erāt vt indurarent corda eorū et pugnaret cō-  
 tra isrl et caderēt et nō mererent vllam clemēti-  
 am: ac pirent sicut pceperat dñs moysi. In  
 tempore illo venit iohue et interfecit enachiz de  
 montanis hebron et dahir et anab et de omni  
 mōte iuda et israel: vrbesq; eorū deleuit. Nō  
 reliq̄t vllū de stirpe enachim in tra filiorū isrl  
 absq; ciuitatibus gaza et geth et azoto: in qui-  
 bus solū relicti sunt. Cepit g iohue oēm terrā  
 sicut locut⁹ ē dñs ad moysen: et tradidit eam  
 in possessionē filijs israel s; m ptes et tribus su-  
 as: q̄euitq; terra a filijs.

**H** sunt reges q̄s percusserūt filij israel:  
 et possederūt terrā eorū trās iordanē  
 ad solis ortū a torrēte vsq; ad montē  
 hermon: et domus orientālē plagā que respicit  
 solitudinē. Seon rex ammoreorū qui habita-  
 bat in esebon: dominatus est ab aroer que li-

ta est sup ripā torrentis arnon: et medie ptis  
 in valle dimidieq; galaad vsq; ad torrentem  
 ieboe q̄ est termin⁹ filiorū ammon: et a solitu-  
 dine vsq; ad mare ceneroth cōtra orientē: et  
 vsq; ad mare deserti qd ē mare salissimū: ad  
 orientālē plagā p viā que ducit beith simoth.  
 et ab australi pte q̄ subiacet aseroth vsq; phaf-  
 ga s; min⁹ og regis basan: de reliquijs raphai  
 qui habitauit in asaroth et in edrai: et domi-  
 natus est in monte hermon et in salecha atq;  
 in vniuersa basan vsq; ad terminos gessuri et  
 machati et dimidie ptis galaad ad terminos  
 seon regis esebon. Moyses famulus domi-  
 ni et filij israel percusserunt eos tradiditq; ter-  
 ram eorū moyses in possessionem rubentis  
 et gadditis et dimidie tribui manasse. Hi sunt  
 reges terre quos percussit iohue et filij israel  
 trans iordanē ad occidentalē plagam a baal-  
 gad in campo libani vsq; ad mōtē libani cui⁹  
 pars ascēdit in seir. Tradiditq; eam iohue in  
 possessionē tribubus israel: singulis ptes su-  
 as: tam in montanis q̄ in planis atq; campe-  
 stribus. In aseroth et in solitudine ac in meri-  
 die: etheus fuit et ammoreus chanane⁹ et phe-  
 rezeus: eueus et ieubuseus. Rex hiericho vn⁹  
 Rex hay q̄ ē ex latere beithel vnus. Rex hie-  
 rusalē vnus. Rex hebron vnus. Rex hieri-  
 moth vn⁹. Rex lachis vn⁹. Rex eglon vn⁹.  
 Rex gazer vnus. Rex dahir vnus. Rex ga-  
 der vn⁹. Rex herma vn⁹. Rex hereth vnus  
 Rex lebna vn⁹. Rex odollam vn⁹. Rex ma-  
 ceda vn⁹. Rex beithel vn⁹. Rex taphua vn⁹  
 Rex ofer vn⁹. Rex affec vn⁹. Rex saron vn⁹  
 Rex madan vn⁹. Rex asor vn⁹. Rex same-  
 ron vn⁹. Rex acsaph vn⁹. Rex thenach vn⁹  
 Rex mageddo vn⁹. Rex cedes vnus. Rex  
 iachanen carmeli vn⁹. Rex dor et puitie dor  
 vnus. Rex gentiū galgad vnus. Rex thersa  
 vnus. Ses reges triginta vnus. XIII

**I**ohue senex proeucteq; etatis erat: et  
 dixit dñs ad eum. Senuisti et longe-  
 uus es: terraq; latissima derelicta est  
 que necdum forte diuisa est. omnis videlicet  
 galilea philistijm et vniuersa gessuri: a fluui-  
 o turbido qui irrigat egyptum vsq; ad termi-  
 nos accaron contra aquilonem terra chana-  
 an que in q̄nq; regulos philistijm diuiditur.  
 gazeos et azorios. ascalonitas getheos et ac-  
 caronitas. Ad meridiem x̄o sunt euei: omnis  
 terra chanaan: et maara sidonioꝝ vsq; affeca  
 et terminos ammorei eiusq; confinia: libani  
 quoq; regio cōtra orientē a baalgad sub mō-  
 te hermō donec igrediarl emat. Om̄ q̄ habi-  
 tabant in mōte a libano vsq; ad aquas mas-  
 seraphot vniuersiq; sidonij. Ego sum qui de-  
 lebo eos a facie filioꝝ isrl. Veniat g in ptē

# Iosue

hereditatis israel: sicut p̄cepi tibi. Et nūc di-  
uide terrā in possessionē nouē tribub⁹ ⁊ dimi-  
die tribui manasse cū quaruben ⁊ gad posse-  
derūt terrā quā tradidit eis moyses famulus  
dñi trās fluuētā iordanis ad orientālē plagam  
ab aroer que sita ē in ripa torentis arnon ⁊ in  
uallis medio: vniuersaq; campestria meda-  
ba vsq; dybon: ⁊ cūctas ciuitates seon regis  
amorei q̄ regnauit in esebon vsq; ad termi-  
nos filiorū āmon: et galaad ac terminū gessu-  
ri ⁊ machati et oēm montē hermō ⁊ vniūsam  
basen vsq; salecha: oīne regnū og in basan q̄  
regnauit in astaroth ⁊ edrai: ip̄e fuit de reliq̄-  
is raphaim: p̄cussitq; eos moyses atq; dele-  
uit. **N**oluerūtq; disp̄dere filij isrl' gessuri ⁊ ma-  
chati: et habitauerūt in medio isrl' vsq; in pre-  
sentē diē. **T**ribui autē leui nō dedit possessionē  
sed sacrificia ⁊ victime dñi dei isrl'. ip̄a ē eius  
hereditas sicut locut⁹ ē illi. **D**edit ḡ moyses  
possessionē tribui filiorū ruben iuxta cogna-  
tiones suas. **F**uitq; termin⁹ eorū ab aroer q̄  
sita ē in ripa torentis arnon: ⁊ in valle eius de  
tozrentis media vniūsa planitiē q̄ ducit me-  
daba ⁊ esebon cūctosq; viculos earū q̄ sunt i  
cāpestrib⁹: dybon quoq; ⁊ abamotbaal ⁊ op-  
pidum baalimaon et gessa et cedimoth et me-  
phet et chariathaim ⁊ sabama et sarathasar: i  
mōte cōuallis bethphogor ⁊ aseroth phasga  
et bethaisimoth oēs vrbes cāpestris: vniuer-  
saq; regna seon regi amorei q̄ regnauit in ese-  
bon: quē p̄cussit moyses cū p̄ncipib⁹ madian  
eueū et recen et sur et vz et rebec duces seon  
habitatores terre: et balaā filiū beor ariolum  
occiderūt filij israel gladio cū ceteri interfecti  
factusq; ē termin⁹ filiorū ruben iordanis fluu-  
us. **H**ec ē possessio rubenitarū p̄ cognatiōes  
suas vrbū ⁊ viculorū. **D**editq; moyses tri-  
bul gad et filijs eius p̄ cognatiōes suas pos-  
sionē cui⁹ hec diuisio ē. **T**erminus gazer ⁊  
oēs ciuitates galaad: ⁊ dimidiā p̄tem terre fi-  
liorū āmon vsq; ad aroer q̄ ē contra rabba et  
ab esebon vsq; ramoth. masphe et bethanim  
et a manaim vsq; ad fminos dabit. **I**n valle  
quoq; betharā et bethnemra et socoth et sa-  
phon reliquā p̄tem regni seon regis esebon:  
huius quoq; finis iordanis est vsq; ad extre-  
mā p̄tem maris cenereth trās iordanē ad oriē-  
talem plagā. **H**ec ē possessio filiorū gad p̄ fa-  
milias suas et ciuitates et ville earū. **D**edit  
et dimidie tribui manasse filijsq; ei⁹ iuxta co-  
gnationes suas possessionē: cui⁹ b̄ ē p̄ncipiū  
Amanaim vniūsam basan et cūcta regna og  
regis basan: oēsq; vicos iahir q̄ sunt in basan  
sexaginta opida ⁊ dimidiā p̄tē galaad ⁊ asta-  
roth et edrai vrbes regni og i basan filijs ma-  
chir filij manasse dimidie p̄ti filiorū machir:

furta cognationes suas. **H**āc possessionē di-  
uisit moyses in cāpestribus moab trās iorda-  
nem p̄tra hiericho ad orientālē plagā. **T**ribui  
autē leui nō dedit possessionē: qm̄ dñs de⁹ isrl'  
ip̄e est possessio ei⁹ vt locut⁹ ē illi. **XIII**

**H**ec ē qd̄ possederūt filij isrl' in tra cha-  
naan quam dederūt eis eleazar sacer-  
dos et iosue fili⁹ nun et p̄ncipes fami-  
liarū p̄ trib⁹ isrl' sorte oia diuidētes: sicut pre-  
ceperat dñs i manu moyli nouē tribub⁹ ⁊ di-  
midie tribui manasse. **D**uab⁹ em̄ tribubus ⁊  
dimidie dederat moyses trās iordanē posses-  
sionem absq; leuitis qui nihil terre acceperūt  
int̄ fratres suos: sed in eorū successerant locuz  
filij iosue: in duas diuisi trib⁹: manasse et ef-  
fraim. **H**ec acceperūt leuite aliā in terra p̄tem  
nisi vrbes ad habitandū et suburbana earū  
ad alenda iumēta et p̄ccora sua. **S**icut p̄ce-  
perat dñs moyli: ita fecerūt filij isrl' et diuise-  
runt terrā. **A**ccesserūt itaq; filij iuda ad iosue  
in galgala: locutusq; ē ad eum caleph fili⁹ ie-  
phone cenezeus. **N**osti qd̄ locut⁹ sit dñs ad  
moylen hoīem dei de me et te in cadesbarne.  
**Q**uadrageſima annorū erā qm̄ misit me moy-  
ses famul⁹ dñi de cadesbarne vt p̄siderarem  
terrā nunciāuiq; ei qd̄ mihi verū videbatur.  
**F**rēs autē mei q̄ ascenderāt mecū dissoluerūt  
cor ppli: et nihilomin⁹ ego secut⁹ sum domi-  
nū deū meū. **I**urauitq; moyses in die illo di-  
cens. **T**erra quā calcavit pes tu⁹ erit posses-  
sio tua et filiorū tuorū in eternū: quia secutus  
es dñm deū tuū. **C**ocessit ḡ dñs vitā mihi sic  
pollicit⁹ ē vsq; in p̄ntē diez. **Q**uadrageſima ⁊  
quing⁹ anni sunt ex quo locutus ē dñs verbum  
istud ad moylen qm̄ ambulabat isrl' per solitu-  
dinē hodie octoginta quing⁹ annorū sum sic va-  
lēs vt eo valebā tpe qm̄ ad explorādū missus  
sum illius in metris fortitudo vsq; hodie p̄-  
seuerat tā ad bellandū q̄ ad gradiendū: da ḡ  
mihi montē istū quē pollicit⁹ ē dñs te q̄ au-  
diente in quo enachim sunt et vrbes magne  
atq; munite. si forte sit dominus mecum ⁊ po-  
tuerō delere eos sicut promisit mihi. **B**ene-  
dixitq; ei iosue: et tradidit ei hebron in pos-  
sionem atq; ex eo fuit hebron caleph filio  
iephone cenezeo vsq; in presentē diem: quia  
secutus est dominum deū israel. **N**omen hel-  
bron ante vocabat̄ cariatharbe. **A**dā maxi-  
mus ibi inter enachim situs est: et terra cessa-  
uit a p̄rellis. **XV**

**I**gitur fors filiorū iude p̄ cognatiōes  
suas ista fuit: a termino edom vsq; ad  
desertum syn: cōtra meridiē ⁊ vsq; ad  
extremā p̄tem australis plage. **I**nitiū eius a  
summitate maris salisissimi: et a lingua eius  
que respicit meridiē egrediturq; p̄tra ascen-

sum scorpionis et p[er]trāsit in sina: ascēditq[ue] in  
cadelbarne et puenit in esrom: ascēdēs ad da-  
rā et circūiens cariatbaa: atq[ue] inde p[er]trāsens  
in asemona et pueniens ad torrentem egypti  
erūtq[ue] termini ei[us] mare magnū. **H**ic erit finis  
meridiane plage. **A**b oriēte nō erit initiū ma-  
re salissimū vsq[ue] ad extrema iordanis: et ea q[ue]  
respiciūt ad aquilonē a lingua maris vsq[ue] ad  
eundem iordanis fluuiū: ascēditq[ue] terminus  
in bethagla. **E**t transit ab aquilone in betha-  
raba: ascendens ad lapidem boem filij ruben  
et tendens vsq[ue] ad terminos debera de valle  
achor cōtra aqilonem respiciens galgala que  
est ex aduerso ascensionis ad om̄im ab austra-  
li pte torrentis: transitq[ue] aq[ue] q[ue] vocant[ur] fons  
solis: et erūt ei[us] ad fontē rogel: ascēdit-  
q[ue] p[er] cōuallē filij ennō ex latere iebusei ad me-  
ridiem: hec est hierusalē: et inde se erigens ad  
verticē mōtis qui ē cōtra gehennon ad occi-  
dentem in sūmitate vallis raphaim cōtra aq-  
lonē: p[er]trāsitq[ue] a vertice mōtis vsq[ue] ad fontes  
aque nepthoa: et puenit vsq[ue] ad vicus monti  
epbron: inclinaturq[ue] i bala q[ue] ē cariatthiarim. i.  
vrbs siluarū et circūit de bala cōtra occidentē  
vsq[ue] ad montē seir: trāsitq[ue] iuxta latus mon-  
tis iarim ad aquilonē in chelson: et descendit  
in bethsames trāsitq[ue] in thāna et puenit p[er]  
aqilonē ptis accaron ex latere: inclinaturq[ue] se-  
crona et trāsit montē baala: puenitq[ue] in geb-  
neel: et magni maris cōtra occidentē sine con-  
cludit. **I**psi sunt termini filioꝝ iuda p[er] circūitū  
in cognationib[us] suis. **C**aleph nō filio iepho-  
ne dedit p[er]tem in medio filioꝝ iuda: sicut p[er]ce-  
perat ei dñs: cariattharbe p[er]tis enach: ipsa est  
hebrō: oleuitq[ue] ex ea caleph tres filios enach  
sesai et hyamā et tholmai de stirpe enach: atq[ue]  
inde cōscendēs venit ad habitatores dabit q[ue]  
p[er]us vocabat[ur] cariatthsepher. i. ciuitas s[er]arū.  
**D**ixitq[ue] caleph **Q**ui p[er]cussit cariatthsepher  
et cepit eā: dabo ei axā filiā meā vxorē. **C**epit  
q[ue] eā othoniel filius cenez frat[er] caleph iunior  
deditq[ue] ei axā filiā suā vxorē. **Q**ui cū p[er]geret  
simul suasa est a viro suo: vt peteret a p[re] suo  
agrū: suspirauitq[ue] vt sedebat i asino. **C**ui ca-  
leph: q[ue]d habes inq[ui]t. **A**t illa r[es]pondit. **D**a mihi  
b[en]dictionē. **T**errā australē et arentes dedisti  
mihi: iūge et irriguā. **D**edit itaq[ue] ei caleph ir-  
riguū sup[er]ius et inferi[us]. **H**ec ē possessio tribus  
filioꝝ iuda p[er] cognatiōes suas: erātq[ue] ciuita-  
tes ab extremis p[ar]tibus filioꝝ iuda iuxta ter-  
minos edom a meridie cabseel et eder et iagur  
et cina et dimona et adada et cedes et asor et ie-  
thanziphetelē et baloth asor noba et carioth/  
iesrō hec ē assoromāsame et meloda et asergad-  
da et assemoth et bethseleth et asersual et berfa-  
bee et baziothia et abala et humefem et heltho-

lad et exul et sarma et sicelech et medemena et  
lensenna lebaoth et selim et abemrēmon: oēs  
ciuitates vigintinouē et ville earū. **I**n cape-  
sribus nō estaol et sarea et asena et azone et en-  
gānīm et taphua et enaym et hiermoth et adu-  
lamsocho et azecha et sarim et adithaym et ge-  
dera et giderothaim vrbes q[ui]tuordecim et ville  
ear[um]. **S**anan et adasa et magdalgad deleā et ma-  
sepha et iectel lachis et batshat et eglon tebbō  
et leemas et cethis et gideroth et bethdagon et  
neama et maceda: ciuitates sedeci et ville ear[um].  
**L**ebana et ether et asan: ietra et esna et nesib et  
ceyla et achzib et maresa: ciuitates nouē et vil-  
le earū. **A**ccarō cū vicē et villulis suis. **A**b ac-  
caron vsq[ue] ad mare oīa q[ue] v[er]gūt ad azotū et vi-  
culos ei[us]. **A**zor cū vicē et villulis suis. **G**aza  
cū vicis et villulis suis vsq[ue] ad torrentē egypti:  
et mare magnū ēmin[us] ei[us] et in mōte samir  
et iecther et socchoth et edenna cariatthenna.  
hec ē dabit: anab et histemo et anym gofen et  
olon et gyllo: ciuitates vndecim et ville earū.  
**A**rab et roma et saan et ianū et bethasua et a-  
feca athmatha et cariattharbe: hec ē hebron et  
sior: ciuitates nouē et ville earum. **A**saon et  
chermel et ziph et loche iezrael et iucadā et za-  
noe accaym gabaa et thāna: ciuitates decē et  
ville earū. **A**lul et bethsor et hiedor mareth et  
bethanoth et helchecen: ciuitates sex et ville  
earū. **C**ariatthbaal: hec ē cariatthiarim vrbs  
siluarū et arebba: ciuitates due et ville earū.  
**I**n deserto betharaba meddyn et sacha et neb-  
san ciuitates salis: et engaddi. ciuitates sex et  
ville earū. **F**uit simul centū q[ui]ndecim. **J**ebu-  
seum aut[em] habitatorē hierlīm nō potuerūt filij  
iuda delere: habitauitq[ue] iebuseus cū filiis iu-  
da in hierlīm vsq[ue] in p[re]sēte diē XVI

**E**cce quōq[ue] fors filioꝝ ioseph ab  
iordanē cōtra hiericho et ad aq[ue] ei[us]  
ab oriēte solito q[ue] ascēdit de hiericho  
ad montē bethel: et egrediē[ur] de bethel iuzam  
trāsitq[ue] ēminū archiatharoth: et descēdit ad  
occidentē iuxta terminū iefleti vsq[ue] ad termi-  
nos bethoron inferioris et gazer: finiuntq[ue]  
regiōes ei[us] mari magno: possederūtq[ue] filij ioseph  
manasses et effraim. **E**t factus ē termin[us]  
filioꝝ effraim p[er] cognatiōes suas: et possessio  
eorū cōtra orientē astaroth addar vsq[ue] ad be-  
thoron sup[er]iorē: egrediūtq[ue] p[er] finia in mare  
**B**achmetath nō aqilonē respicit et circūit  
terminos cōtra orientē in thanaatelo: et p[er]trā-  
sit a torrente ianoē: descenditq[ue] de ianoē in a-  
tharoth et noaratha et puenit i hiericho egre-  
ditq[ue] ad iordanē de thaphua: p[er]trāsitq[ue] cō-  
tra mare in vallē arundineti: suntq[ue] egressus  
eius in mare salissimū. **H**ec ē possessio trib[us]  
filioꝝ effraiz p[er] familias suas: vrbesq[ue] septe

sunt filij effraim in medio possessionis filioꝝ manasse ⁊ ylle earū. Et nō interfecerunt filij effraim chananeū q̄ habitabat in gaze: habi-  
tauitq; chananeus in medio effraim vsq; in diē hanc tributarius.

XVII

**C**ecidit autē sors tribus manasse ipse enim est primogenitus ioseph. machir primo-  
genito manasse patris galaad q̄ fuit vir pugnantiorum: habuitq; possessionē galaad basan: ⁊ reliquis filioꝝ manasse iuxta familias suas: filij abiezer ⁊ filij helech ⁊ filij hesi-  
hel ⁊ filij sichen ⁊ filij epher ⁊ filij semida. Isti sunt filij manasse filij ioseph. mares per cognationes suas. Salphaat vero filio epher filij galaad filij machir filij manasse non erant filij sed sole filie: quare ista sunt nomina: maala ⁊ noa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ therfa. Veneruntq; in spec-  
tu eleazari sacerdotis ⁊ ioseph filij nun ⁊ prin-  
cipū dicentes: dñs precepit per manum moysi ut daret nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditq; iuxta imperiū dñi possessionē in me-  
dio fratrum patris eorum: ⁊ ceciderunt funiculi manasse decem absq; terra galaad ⁊ basan trans iordanē. Filie enim manasse possederunt hereditatem in medio filioꝝ eius. Terra autē galaad cecidit in sortē filioꝝ manasse q̄ reliqui erāt. Fuitq; terminus manasse ab aser machmata q̄ respicit sichez ⁊ egredif ad dexteraz iuxta habitatores fontis thaphue. Et in sorte manasse ceciderat terra thaphue que ē iuxta terminos manasse filioꝝ effraim. Descenditq; terminus vallis harundineti in meridies torrentis ciuitatū effraim: q̄ in medio sunt vrbium manasse. Terminus manasse ab aqlone torrentis et exitus eius pergit ad mare: ita ut possessio effraim sit ab austro. ⁊ ab aqlone manasse. et vtrinq; claudat mare: ⁊ coniungant sibi in tribu aser ab aqlone et i tribu ysachar ab oriente. Fuitq; hereditas manasse in ysachar ⁊ in aser. berfan et viculi eius. ⁊ iebblaam cum viculis suis: ⁊ habitatores dor cum oppidis suis. habitatores quoq; endor cum viculis suis: similifq; habitatores thenach cum viculis suis. ⁊ habitatores mageddo cum viculis suis. ⁊ tertia pars vrbis nophach. Nec potuerunt filij manasse has ciuitates subuere: sed cepit chananeus habitare in terra sua. Postq; autē cōualuerunt filij israel: subiecerunt chananeos ⁊ fecerunt sibi tributarios nec interfecerunt eos: locutiq; sunt filij ioseph ad ioseph. ⁊ dixerunt. Quare dedisti mihi terram in possessionē sortis ⁊ funiculi vni? cum sim tante multitudinis ⁊ bñdixit mihi dñs. Ad q̄s ioseph ait. Si populus multus es. ascende in siluā: et succide tibi spacia in terra pherezei ⁊ raphaī quare angusta est tibi possessio montis effraim. Qui responderunt filij ioseph. Nō poterim⁹ ad mo-

tana cōscendere cum ferreis currib⁹ vtant⁹ chananei q̄ habitāt in terra capestri. in q̄ siti sunt berfan cum viculis suis ⁊ iezrael mediā possidens vallem. Dixitq; ioseph ad domū ioseph ⁊ effraim ⁊ manasse. Populus multus es et magne fortitudinis. nō habebis sortē vnā: s; trā sibi ad montē. ⁊ succides tibi atq; purgabis ad habitandū spacia et poteris ultra pcedere cum subuerteris chananeū que dicit ferreos habere currus ⁊ esse fortissimū.

XVIII

**C**ongregatiq; sunt omnes filij israel in sylo: ibiq; fixerunt tabernaculum ⁊ testimonij: ⁊ fuit eis terra subiecta. Remanserunt autē filioꝝ israel septem tribus que necdum acceperant possessiones suas. Ad quas ioseph ait. Usq; q̄ marces ignauia et nō intrat ad possidendaz terrā quā dñs deus patrum vestroꝝ dedit vobis: Eligite de singulis tribub⁹ ternos viros ut mittā eos. ⁊ pergant atq; circūeāt terram ⁊ describant eā iuxta numerum vniuscuiusq; multitudinis. referatq; ad me quod descēserint. Diuidite vobis terrā in septē partes. Budas sit i terminis suis ab australi plaga et domus ioseph ab aquilone: mediā in hōs terrā i septē partes describite: ⁊ huc veniet ad me ut corā dño deo vō mittā vobis hīc sortem: quare nō ē inter vos pars leuitarū sed sacerdotum dñi ē eorum hereditas. Ad autē et ruben et i midia tribus manasse. iā acceperant possessiones suas trās iordanē ad orientālē plagā: q̄s dedit eis moyses famulus dñi. Cūq; surrexissent viri ut pergerent ad describendā terrā precepit eis ioseph dicēs. Circūite terrā ⁊ describite eā: ac reuertimini ad me ut hic corā dño deo vestro in sylo mittā vobis sortē. Itaq; perrexerunt ⁊ lustrātes eam in septem partes diuiserunt scribētes in volumine. reuersiq; sunt ad ioseph in castra sylo. Qui misit sortes corā domino in sylo diuisitq; terrā filijs israel in septē partes. Et ascendit sors prima filioꝝ boniam per familias suas ut possiderent terrā inter filios iuda ⁊ filios ioseph. Fuitq; terminus eorum contra aquilonē a iordane per gēs iuxta lat⁹ hie rich septentrionalis plage. ⁊ inde contra occidentem ad montana cōscendēs ⁊ pueniēs ad solitudinē bethauen atq; ptransiens iuxta luzam ad meridiē. ipsa est bethel. descenditq; in astaroth addar in montē q̄ ē ad meridiem bethoron inferioris. ⁊ inclināf circūiens contra mare ad meridiē montis qui respicit bethoron contra africū. Sūtq; exitus eius in chariath baal. que vocat⁹ ⁊ chariathiarim vrbē filioꝝ iuda. Nec ē plaga contra mare ad occidentē. A meridie autē ex parte chariathiarum egreditur terminus in mare. ⁊ puenit vsq; ad fontē aquarum nepthoa. Descenditq; in partem montis q̄ re-

k

spicit vallem filioꝝ ennon: et est cōtra septen-  
 trionalem plagā in extrema pte vallis rapha-  
 im. Descenditq; in gebennon. i. vallis ennon  
 iuxta latus iebusei ad austrū. et puenit ad fon-  
 tem rogel trāsiens ad aq̄lonē. et egrediens ad  
 ensemes. i. fontē solis. et p̄trāsīt vsq; ad tumu-  
 los q̄ sunt e regione ascēsus ad om̄im: descen-  
 ditq; habenboem. i. lapidē boem filij ruben:  
 et p̄trāsīt ex latere aquilonis ad cāpestria de-  
 scenditq; in palnitie: et p̄tergredit̄ cōtra aq̄lo-  
 nem bethagla suntq; exitus eius p̄tra linguā  
 maris falsissimi ab aq̄lone in fine iordanis ad  
 australem plagā q̄ ē termin⁹ illius ab oriēte.  
**H**ec ē possessio filioꝝ beniamin p̄ ēminos su-  
 os in circūitu et familias suas. **F**uerūtq; ciui-  
 tates eius hiericho et bethagla et vallis casis  
 betharaba et samaraīm et bethel et auim et af-  
 fara et offora villa hemona et offui et gabee: ci-  
 uitates duodecim et vīlle earū. **S**abaon et rā-  
 ma et beroth et mesphe caphara et amofa et re-  
 cem iarephel et tharella et sela heleph et iebus  
 q̄ ē hierim gabaad et cariatb. ciuitates q̄tuor  
 decim et vīlle earū. **F**uerūt oēs ciuitates vi-  
 gintis sex. **H**ec est possessio filioꝝ beniamin iux-  
 ta familias suas.

XIX

**E**gressa ē fors secūda filioꝝ symeō  
 p̄ cognatiōes suas: fuitq; hereditas  
 eozū in medio possessionis filioꝝ iu-  
 da: berfabee et sabeē et molada et aserfua ba-  
 la et asen et heltholad bethularma et ficelech  
 et bethmarchaboth et aserfua et bethlepaboth  
 et sarohen. ciuitates tredecim et vīlle earum.  
**A**ym et remmō et athar et asan. ciuitates qua-  
 tuor et vīlle earū. **O**ēs viculi p̄ circūitū vbi-  
 um istarū vsq; ad balaad bercameth p̄tra au-  
 stralem plagā **F**uerūtq; oēs ciuitates decē et  
 septē **H**ec ē hereditas filioꝝ symeō iuxta co-  
 gnationes suas in possessiōe et funiculo filio-  
 rū iuda. q̄ maior erat. et idcirco filij symeō  
 possederūt in medio hereditati eius. **C**ecidit  
 q; fors tertia filioꝝ zabulon p̄ cognatiōes su-  
 as. et fact⁹ ē termin⁹ possessionis filioꝝ zabu-  
 lon: vsq; sarith. **A**scēditq; de mari et medalaa  
 et puenit in debbaeth vsq; ad torrentē q̄ ē cō-  
 tra ieconan: et reuertit̄ de sarith p̄tra orientē  
 in finē ceseleth thabor et egredit̄ ad dabereth  
 ascēditq; p̄tra iasie et inde p̄transit̄ vsq; ad ori-  
 entalē plagā gethefer et thachasin. et egredit̄  
 in remon amphar et noa. et circūit ad aq̄lonē  
 et nathan. **S**ūtq; egressus ei⁹ vallis ieptabel  
 et cathethet naalol et semrō et iedaba et berble-  
 em: ciuitates duodecim et vīlle earū. **H**ec est  
 hereditas trib⁹ filioꝝ zabulon p̄ cognatiōes  
 suas: vrbes et viculi eozū. **Y**sachar egressa ē  
 fors q̄rta p̄ cognatiōes suas: fuit itaq; ei⁹ he-  
 reditas iezrahel et casaloth et sunen et effraim

et senon et naaroth et rabboth et cesien haemel  
 et rameth et engāni et hennada et bethfeseo: et  
 puenit termin⁹ ei⁹ vsq; thabor et sefenna: et be-  
 thfemes: erātq; erit⁹ ei⁹ iordanis ciuitates se-  
 decim et vīlle earū. **H**ec ē possessio filioꝝ ysa-  
 char p̄ cognatiōes suas: vrbes et viculi earū  
**C**eciditq; fors q̄nta tribui filioꝝ aser: per co-  
 gnatiōes suas: fuitq; ēmin⁹ eozū alchat et ca-  
 li et bethen et axab et elmeleth et amaad et mes-  
 sal: et puenit vsq; ad carmelū maris et syoz et  
 labanath: ac reuertit̄ contra orientē bethda-  
 gon: et p̄transit̄ vsq; zabulon et vallem iepta-  
 bel cōtra aq̄lonē in bethemeth et neiel: egredi-  
 turq; ad leuā cabul et acran et roob et amon et  
 chana vsq; ad sydonē magnā: reuertiturq; in  
 horma vsq; ad ciuitatē munitissimā tyrum et  
 vsq; ofam: erūtq; erit⁹ ei⁹ in mare de funicu-  
 lo acziba et amma et aseg et roob: ciuitates vi-  
 gintidue et vīlle earū. **H**ec ē possessio filioꝝ  
 aser p̄ cognatiōes suas: vrbesq; et viculi earū  
**F**ilioꝝ neptalim sexta fors cecidit p̄ familias  
 suas: et cepit termin⁹ de beleb et belon sanua-  
 mim: et adami q̄ ē neceb et iebnael: vsq; iecun  
 et egressus eoz; vsq; ad iordanē. reuertiturq;  
 termin⁹ p̄tra occidentē et azauoth thabor: at-  
 q; inde egredit̄ in ycuca: et p̄trāsīt in zabulō  
 cōtra meridiem: et in aser p̄tra occidentē: et in  
 iuda ad iordanē cōtra ortū sol⁹ ciuitates mu-  
 nitiissime: asedim ser et amad et rechath et ce-  
 nereth et edema et arama asoz et cedes et edraī  
 nasoz et ieron et magdibel hozez et bethanath  
 et bethfemes. ciuitates decē et nouē et vīlle ea-  
 rū. **H**ec ē possessio trib⁹ filioꝝ neptalim per  
 cognationes suas vrbes et viculi earum. **T**ri-  
 bui filioꝝ dan p̄ familias suas egressa ē fors  
 septima. et fuit termin⁹ possessionis eius saraa  
 et bestaol et hairfemes. id est. ciuitas solis se-  
 lebin et abialon et iethala belon et thenna et a-  
 chron belcheten iebton et baaladiud et bane  
 et barach et iethremon atq; hiercō et arechon  
 cū termino q̄ respicit ioppen: et ipso fine p̄clu-  
 dit. **A**scēderūtq; filij dan et pugnauerūt cō-  
 tra lefen: ceperūtq; eā: et p̄cusserūt eā i ore gla-  
 dij: et possederūt et habitauerūt in ea vocan-  
 tes nomē eius lefen: dan ex noīe dan p̄ris sui  
**H**ec ē possessio tribus filioꝝ dan p̄ cognatio-  
 nes suas: vrbes et viculi earū. **C**ūq; cōpleset  
 sorte diuidere terrā singulis p̄ tribus suas de-  
 derūt filij isrl̄ possessiōē iosue filio nun in me-  
 dio sui iuxta p̄ceptū dñi. vrbem quā postula-  
 uit tanachsaraa in monte effraim. **E**t edifica-  
 uit ciuitatē habitauitq; in ea. **H**esunt posses-  
 siones quas sorte diuiserūt eleazar sacerdos  
 et iosue fili⁹ nun: et p̄ncipes familiarū ac tribu-  
 um filioꝝ isrl̄ in sylo: corā dño ad ostiū taber-  
 naculi testimonij: p̄titiq; sunt terrā.

XX

**E**locutus est dominus ad iosue dicens. Loquere filiis israel: et dic eis. Sepate vrbes fugitiuorum: de quibus locutus sum ad vos per manum moysi: ut profugiat ad eas quicumque animam perculserit nescius: et possit euadere iram primi qui ultor est sanguinis: cum ad vnam harum confugerit ciuitatum stabit ante portam ciuitatis et loquetur senioribus urbis illius: ea que se coprobent innocentem: sicut suscipiet eum et dabit ei locum ad habitandum. Cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus: non tradet in manum eius: quia ignorans percussit primum eius: nec ante biduum triduum uel eius perbas inimicus. Et habitauit in ciuitate illa donec stet ante iudicium cum reddens facti sui: et moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tunc reuertetur homicida: et ingredietur ciuitatem et domum suam de qua fugerat. Deceueruntque cedus in galilea montis neptalim et syche in monte effraim et cariatharbe: ipsa est hebron in monte iuda. et trans iordanem contra orientalem plagam hiericho statuerunt bosor: que sita est in capesstri solitudine de tribu ruben et ramoth galaad de tribu gad et gaulon in basan de tribu manasse. De ciuitatibus prostitute sunt cunctis filiis israel et aduenis que habitabant inter eos ut fugeret ad eas que animam nescius percussisset: et non moreretur in manu primi effusus sanguinem vindicare cupienti donec staret ante populum expositurus causam suam. XXI

**A**ccesseruntque principes familiarum leui ad eleazarum sacerdotem: et iosue filium nun: et ad duces cognationum per singulas tribus filiorum israel: locuti que sunt ad eos in synagoga terre chanaan: atque dixerunt. Dominus precepit per manum moysi ut darent nobis vrbes ad habitandum et suburbana earum ad alendam iumentorum. Dederuntque filii israel de possessionibus suis iuxta imperium domini ciuitates et suburbana earum. Egressaque est fors in familia caath filiorum aaron sacerdotis de tribu iuda et symeon et beniamin ciuitates tredecim: et reliquis filiorum caath. id est leuitis que supersuerat de tribubus effraim et dan et dimidie tribus manasse: ciuitates decem. Porro filius gerson egressa est fors ut acciperent de tribubus ysachar et aser et neptalim: dimidiasque tribu manasse in basan ciuitates numero tredecim. Et filius merari per cognationes suas de tribubus ruben et gad et zabulon: vrbes duodecim. Dederuntque filii israel leuitis ciuitates et suburbana earum sicut precepit dominus per manum moysi: singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum iuda et symeon dedit iosue ciuitates quarum ista sunt nomina: filius aaron per familias caath leuitici generis: prima enim fors illis egressa est: cariatharbe presenach: que vocatur hebron in monte iuda: et suburbana eius per circuitum. Agros quoque villas eius dederat caleph filio iephone ad

possidendum. Dedit quoque filius aaron sacerdoti hebron confugiam ciuitatem ac suburbana eius: et lobnam cum suburbanis suis: et iether et istimon et belon et dabit et ain et iethan et bethsames cum suburbanis suis: ciuitates nouem. De tribubus ut dictum est duabus. De tribu autem filiorum beniamin gabaon et gabae et anathoth et almon cum suburbanis suis: ciuitates quatuor. omnes simul ciuitates filiorum aaron sacerdotum tredecim cum suburbanis suis. Reliquis vero per familias filiorum caath leuitici generis hec est data possessio. De tribu effraim vrbes profugiam siche cum suburbanis suis in monte effraim et gazer et iebsam et bethoron cum suburbanis suis ciuitates quatuor. De tribu quoque dan helteco et gabathon et hailon et iethremon cum suburbanis suis ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu manasse tenach et iethremon cum suburbanis suis. ciuitates due. omnes ciuitates decem. et suburbana earum data sunt filiis caath inferioris gradus. Filius quoque gerson leuitici generis dedit de dimidia tribu manasse confugiam ciuitates. gaulon in basan et bosfram cum suburbanis suis. ciuitates duas. Porro de tribu ysachar. cefion et dabereth et iaramoth et enganim cum suburbanis suis. ciuitates quatuor. De tribu autem aser. masan et abdon et elrath et roob cum suburbanis suis. ciuitates quatuor. De tribu quoque neptalim ciuitates confugiam cedus in galilea et amoth dor et carthari cum suburbanis suis. ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum gerson tredecim cum suburbanis suis. Filius autem merari leuiti inferioris gradus per familias suas. data est de tribu zabulon iecnal et cartha et dana et naalol. ciuitates quatuor cum suburbanis suis. De tribu gad ciuitates confugiam ramoth in galaad et manaim et esebon et iazer. ciuitates quatuor cum suburbanis suis. De tribu ruben ultra iordanem contra hiericho ciuitates refugiam. bosor in solitudine. misoz et iazer et iechson et maspha ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorum merari per familias et cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates vniuersae leuitarum in medio possessionis filiorum israel: fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis: singule per familias distribute. Deditque dominus de israeli omnem terram quam traditurum se patribus eorum iurauerat: et possederunt illam atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnibus per circuitum nationibus: nullusque eis hostium resistere ausus est: sed cuncti in eorum ditibus redacti sunt. De vno quod est ierusalem quod illis presertim se esse permiserat. irritum fuit. sed rebus expleta sunt omnia. XXI

**E**odem tempore vocauit iosue rubenitas et gadditas. et dimidiam tribum manasse. Dixitque ad eos. Fecisti omnia que precepit

vobis moyses famul<sup>o</sup> dñi: mibi quoq; i oib<sup>9</sup>  
obedisti: nec reliquistis fr̄es v̄ros longo tpe vsq;  
in p̄ntem diē: custodiētes impiū dñi dī ve  
stri. **Q**uia igit̄ dedit dñs de<sup>9</sup> v̄r̄ fratrib<sup>9</sup> v̄ris  
quietē et pacē sic pollicit<sup>9</sup> ē: reuertimini et ite  
in tabernacula v̄ra et in terrā possessiōis quā  
tradidit vob moyses famul<sup>o</sup> dñi trās iorda  
nē: ita dūtaxat vt custodiatis attente et ope  
re cōpleatī mādatū et legē quā p̄cepit vobis  
moyses famulus dñi vt diligatī dñm deū ve  
strū: et ambuletis in oibus v̄is ei<sup>9</sup>: et obserue  
tis mādata illi<sup>9</sup> adhereatisq; ei ac seruiatis in  
om̄i corde: et i om̄i anima v̄ra. **B**ndixitq; eis  
iosue et dimisit eos. **Q**ui reuersi sunt in taber  
naculo sua. **D**imidie aut̄ tribui manasse pos  
sensionem moyses dederat in basan: et idcirco  
mediē q̄ sup̄fuit dedit iosue fortez inf̄ ceteros  
fratres suos trans iordanē ad occidentalē ei<sup>9</sup>  
plagā. **C**ūq; dimitteret eos in tabnaculo sua  
et bñdixisset eis dixit ad eos. **I**n m̄ta substā  
tia atq; diuitiis reuertimini ad sedes vestras  
cū argēto et auro: et ac ferro et veste multipli  
ci. **D**ividite p̄dā hostiū cū fratrib<sup>9</sup> v̄ris. **R**e  
uersiq; sunt et abierunt filij ruben filij gad et  
dimidia trib<sup>9</sup> manasse a filiis isrl̄ de sylo q̄ sita  
est in chanaan: vt intrarēt galaad terrā pos  
sensionis sue: quā obtinuerāt iuxta imperium  
dñi in manu moysi. **C**ūq; venissent ad tumu  
los iordanis i terrā chanaan: edificauerūt iux  
ta iordanē altare infinite magnitudinis. **Q**d  
cū audissent filij isrl̄: et ad eos certi nūcij detu  
lissent edificasse filios ruben et gad et dimidie  
tribus manasse altare in terra chanaan super  
iordanis tumulos cōtra filios isrl̄: cōuenerūt  
oēs in sylo vt ascēderēt et dimicarēt p̄tra eos.  
**E**t interim miserūt ad illos in terram galaad  
phinees filiū eleazari sacerdotis: et decē p̄nci  
pes cū eo singulos de singulis tribub<sup>9</sup>. **Q**ui  
venerūt ad filios ruben et gad et dimidie trib<sup>9</sup>  
manasse in terram galaad: dixerūtq; ad eos:  
**H**ec mādat ois p̄pls dñi. **Q**ue ē ista trāsgres  
sio: **C**ur reliquistis dñm deū isrl̄ edificantes  
altare sacrilegū: et a cultu illi<sup>9</sup> recedētes? **A**n  
parū vob ē q̄ peccastī in beelphegor et vsq; i  
p̄ntem diē macula hui<sup>9</sup> sceleris i vob perman  
et: multiq; de p̄plo corruerūt. **E**t vos hodie  
reliquistis dñm: et cras in vniuersum isrl̄ ira  
eius desuet. **Q** si putatī i mundā esse terraz  
possessiōis v̄re: trāsīte ad terrā in q̄ tabnaculo  
dñi ē et habitate inf̄ nos: n̄n vt a dño et a  
n̄ro cōsortio nō recedatis: edificato altari pre  
ter altare dñi dei n̄ri. **N**ōne achā filius zare  
p̄terijt mādatū dñi. et sup̄ om̄nē p̄lm isrl̄ ira  
ei<sup>9</sup> incubuit. **E**t ille erat vn<sup>9</sup> hō atq; v̄tinā so  
lus p̄sisset in scelere suo. **R**ūderuntq; filij ru  
ben et gad et dimidie tribus manasse p̄ncipib<sup>9</sup>

legatiōis isrl̄. **F**ortissim<sup>9</sup> dñs deus ip̄enouit  
et isrl̄ simul intelliget si p̄uaricatiōis aio h̄ al  
tare cōstruxim<sup>9</sup>: nō custodiat nos sed puniat  
nos in p̄nti. **E**t si ea mente fecim<sup>9</sup> vt holocau  
sta et sacrificiū et pacificas victimas sup̄ eo im  
poneremus ip̄e querat et iudicet: et nō ea ma  
gis cogitatione atq; tractatu: vt diceremus  
cras dicēt filij v̄ri filijs n̄ris. **Q**uid vob et do  
mino deo isrl̄? **T**erminū posuit dñs inf̄ nos  
et vos o filij ruben et filij gad iordanē fluuiū:  
et idcirco p̄tem nō habetis in dño: et p̄ h̄ac oc  
casiōne auertent filij v̄ri filios n̄ros a timore  
dñi. **P**utauim<sup>9</sup> itaq; melius: et diximus. **E**x  
trua<sup>9</sup> nobis altare: non in holocausta neq;  
ad victimas offerendas sed in testimoniū inf̄  
nos et vos: et sobolem nostrā: v̄ramq; p̄geni  
em vt seruam<sup>9</sup> dño: et iuris n̄ri sit offerre et  
holocausta et victimas et pacificas hostias: et  
nequaq; dicāt cras filij v̄ri filijs n̄ris nō ē vo  
bis ps in dño. **Q** si voluerint dicere n̄debūt  
eis. **E**cce altare dñi qd fecerūt p̄res n̄ri nō in  
holocausta: neq; in sacrificiū: s̄ i testimoniū  
n̄ri ac v̄ri. **A**bsit a nob̄ b̄ scel<sup>9</sup> vt recedam<sup>9</sup>  
a dño et ei<sup>9</sup> vestigia relinquam<sup>9</sup>: extracto alta  
ri ad holocausta et sacrificia et victimas offe  
rendas: p̄ter altare dñi dei n̄ri qd extractum  
est aī tabnaculū ei<sup>9</sup>. **Q**uib<sup>9</sup> auditis phinees  
sacerdos et p̄ncipes legatiōis isrl̄ q̄ erāt cū eo  
placati sunt: et verba filiorum ruben et gad et  
dimidie trib<sup>9</sup> manasse libentissime susceperūt.  
**D**ixitq; phinees filius eleazari sacerdos ad  
eos. **N**ūc scimus q̄ nobiscū sit dñs: qm̄ alieni  
estis a p̄uaricatiōe hac: et liberaistis filios isrl̄  
de manu dñi. **R**euersusq; ē cū p̄ncipib<sup>9</sup> a fi  
lij ruben et gad de terra galaad finitū chana  
an ad filios isrl̄: et retulit eis. **P**lacuitq; s̄mo  
cūctis audientib<sup>9</sup>. **E**t laudauerūt deū filij isrl̄  
et nequaq; vltra dixerūt vt ascēderent contra  
eos atq; pugnarent: et delerent terrā possessio  
nis eorū. **V**ocaueruntq; filij ruben et filij gad  
altare qd extruxerant testimonium nostrum:  
q̄ dñs ip̄e sit deus. **XXXIII**

**E**toluto aut̄ m̄to tpe postq; pacē de  
derat dñs israeli: subiectis i gyro na  
tionib<sup>9</sup> vniūsis: et iosue iā longeuo et  
p̄senilis etat̄ postq; dimiserat terrā filijs israel  
s̄m q̄ domin<sup>9</sup> impauerat: vocauit iosue om̄  
nē israelē: maioresq; natu et p̄ncipes ac duces  
ac mḡros: dixitq; ad eos. **E**go senui et p̄gres  
sioris etat̄ iuz: vosq; cernitis oīa q̄ fecerit do  
min<sup>9</sup> de<sup>9</sup> v̄r̄ cūct<sup>9</sup> p̄ circūitū natiōib<sup>9</sup> quō pro  
vob ip̄e pugnauerit. **E**t nūc q; vob forte di  
uisit oēm terrā. ab oriētali pte iordanis vsq; ad  
mare magnū multeq; ad huc sup̄sūt natiōes  
dñs de<sup>9</sup> v̄r̄ dispdet eas et auferet a facie v̄ra  
et possidebit̄ terrā sic vob pollicit<sup>9</sup> ē. **L**m̄ cō

fortamini et estote solliciti ut custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis moysi: et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram ne postquam intraveritis ad gentes que in vos future sunt: iuretis in nomine deorum earum et seruiatis eis et adoretis illos: sed adhereat domino deo vestro quod fecistis usque in diem hanc. Et tunc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas et nullus vobis resistere poterit. **Annus** est vobis persequer hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit sicut pollicitus est: sed tamen diligenter precaveat ut diligat dominum deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adherere: et cum eis miscere conubia atque amicitias copulare iam tunc scitote quod dominus deus vester non eas deleat aut faciat vestram: sed erunt vobis in foueam ac laqueum et offendiculum ex latere vestro: et iudes in oculis vestris donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. Ego hodie ingrediar viam vniuersae terre: et toto animo cognosceam quod de omnibus vobis que se dominus preserturum vobis esse pollicitus est: vniuersum non preterierit in cassum. Sic ergo impleuit ope quod promissit: et prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quod quid malorum commisit est: donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis eo quod preterierit pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum et fuerit dijs alienis et adorauerit eos. **Cito** atque velociter surget in vos furor domini: et auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

XXIIII

**C**ongregauitque iosue omnes tribus israel in sychem: et vocauit maiores natu ac principes et iudices et magistros: steteruntque in conspectu domini: et ad populum sic locutus est. Hec dicit dominus deus israel. Trans fluum habitauerunt patres vestri ab initio: thare pater abraam et nachor serueruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum abraam de mesopotamia finibus: et adduxit eum in terram chanaan: multiplicauitque semen eius: et dedit ei ysaac: illique rursum dedit iacob et esau. Esauque esau dedit montem seyr ad possidendum iacob vero et filij eius descenderunt in egyptum. Misitque moysen et aaron: et percussit egyptum multis signis atque portentis: eduxitque vos et patres vestros de egypto: et venisti ad mare: persecutusque sunt egypti patres vestros cum curribus et equitatu usque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij israel: quod posuit tenebras in vos et egyptios et adduxit super eos mare et opuit eos. **Viderunt** oculi vestri cuncta que in egypto fecerim: et habitastis in solitudine multo tempore et introduxi vos in terram amorae que habitabat trans iordanem. Cumque pugnaret contra vos: tradidi eos in manus vestras: et possidisti terram eorum atque interfecistis

eos. Surrexit autem balach filius sephor rex moab: et pugnavit contra israelites. Misitque et vocavit balaam filium beor ut malediceret vobis et ego nolui audire eum: sed e contrario populum benedixi vobis et liberaui vos de manu eius. **Transi**stisque iordanem et venistis ad hiericho: pugnavitque contra vos viri ciuitatis eius: amore et phereze chanane et ethe et gergeze et eue et iebuse: et tradidi illos in manus vestras. Misitque autem vos scabrones: et cecit eos de locis suis duos reges ammoreorum: non in gladio et in arcu tuo: deditque vobis fraum que non laborasti: et vestes que non edificasti ut habitaretis in eis vineas et oliueta que non plantastis. **Nunc** ergo timeat dominum et fuite ei perfecto corde atque verissimo: et auferite deos quibus fuerunt patres vestri in mesopotamia et in egypto ac seruite domino. **Sin** autem malum vobis videtur ut domino fuitis: optio vobis datur. **Eligite** hodie quod placet cui seruire potissimum debeat: vestrum dominus: quibus fuerunt patres vestri in mesopotamia: an dijs ammoreorum in quorum terra habitastis. **Ego** autem et domus mea seruiemus domino. **Responditque** populus et ait. **Abstine** a nobis ut relinquamus dominum et seruiamus dijs alienis. **Dominus** deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra egypti et de domo fuitus: fecitque videntibus nobis signa in gentia: et custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus: et in cunctis populis que transiimus et eiecit vniuersas gentes ammoreorum habitatores terre quam nos intrauimus. **Seruiemus** igitur domino: quia ipse est deus noster. **Dixitque** iosue ad populum. **Non** poterit seruire domino: deus enim sanctus et fortis emulator est: nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. **Si** dimiserit dominum et fuerit dijs alienis: conuertet se et affliget vos atque subuertet: postquam vobis presiterit bona. **Dixitque** populus ad iosue. **Nequaquam** ita ut loqueri erit: sed domino seruiemus. **Et** iosue ad populum: testes inquit vos estis: quia ipsi elegeritis vobis dominum ut fuitis ei. **Rudertque** testes. **Nunc** ergo ait auferite deos alienos de medio vestri: et inclinate corda vestra ad dominum deum israel. **Dixitque** populus ad iosue. **Domino** deo nostro seruiemus: et obediētes erimus preceptis eius. **Percussit** ergo iosue in die illo sedus: et proposuit populo precepta atque iudicia in sychem. **Scissit** quoque omnia idola hec in volumine legis domini: et tulit lapidem per gradum posuitque eum sub quercu que erat in sanctuario domini: et dixit ad omnes populum. **En** lapis iste erit vobis in testimonium quod audierit omnia idola domini que locutus est vobis: ne forte postea negare velit: et mentiri domino deo vestro. **Dimisitque** populum singulos in possessione sua. **Et** post hec mortuus est iosue filius nun filius domini centum decem annorum sepeliscitque eum in finibus possessionis sue in thanathabare que est sita in monte effraim: a septentrionali parte montis gaas. **Seruiuitque** israel domino cunctis diebus io



# Judicum

sue et seniorum quod longo vixerat tempore post iosue:  
et quod nouerant omnia opera domini quae fecerat in israel. Omnia  
quae iosue quod tulerant filii israel de egypto sepe-  
lierunt in sychem in parte agri quae emerat iacob a  
filii emmor patris sychem centum nouellis ouibus  
et fuit in possessione filiorum iosue. Eleazar quod  
filius aaron mortuus est: et sepelietur eius in gabaath  
phinees filii eius: quae data est ei in monte effraim.

Explicit liber iosue. Incipit liber iudicum  
quem nos Judicum appellamus. Cap. I

**P**

**Post mortem**

iosue: persequuntur filii  
israel dominum dicentes.  
Quis ascendet ad nos  
contra chananeum et erit  
dux belli? Dixitque  
dominus. Judas ascen-  
det. Ecce tradidi ter-

ram in manu eius. Et ait iudas symeon fratri suo.  
Ascende mecum in fortem meam: et pugna contra cha-  
naneum: ut et ego pergam tecum in fortem tuam. Et  
abiit cum eo symeon. Ascenditque iudas et tradi-  
dit dominus chananeum ac pherezum in manibus eorum.  
et percusserunt in bezech decem milia viros. In-  
ueneruntque adonizebeh in bezech: et pugna-  
uerunt contra eum ac percusserunt chananeum et phe-  
rezum. Fugit autem adonizebeh. quem persecuti con-  
prehenderunt celsis summatibus manuum eius ac pe-  
dum. Dixitque adonizebeh Septuaginta re-  
ges amputari manuum ac pedum summatibus colli-  
gebantur sub mensa mea ciborum reliquias. sic feci  
ita reddidit mihi deus. Adduxeruntque eum in hie-  
rusalem et ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filii iu-  
da hierusalem. ceperunt eam: et percusserunt in ore gladii  
tradentes eam in incendium ciuitatis. Et postea de-  
scendentes pugnaverunt contra chananeum qui ha-  
bitabat in montanis et ad meridiem in caespribus.  
Pergebatque iudas contra chananeum qui habi-  
tabat in hebron cuius nomen fuit atithrus caria-  
tharbe: percussit sesai et haïman et tholmai: at-  
que ide perferat abiit ad habitatores dabit: cuius  
nomen vetus erat cariathsepher. id est ciuitas litte-  
rarum. Dixitque caleph. Qui percussit cariath-  
sepher et vastauerit eam dabo ei uxorem filiam meam  
et uxorem. Cumque cepisset eam othoniel filius cenezur  
caleph minor: dedit ei uxorem filiam suam coniugem.  
Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut pete-  
ret a patre suo agrum. Que cum suspirasset sedens in  
asino dixit ei caleph. Quid habes? At illa re-  
spondit. Da mihi benedictionem: quia terra arenata de-  
disti mihi: da et irriguam aquas. Dedit ergo caleph  
irriguum superum et irriguum inferum. Filii autem cinei co-  
gnati moysi ascenderunt de ciuitate palmarum  
cum filiis iuda in desertum fortis eius quod est ad meri-  
diem arath: et habitauerunt cum eo. Abiit autem iu-

das cum symeone fratre suo: et percussit filium chanane-  
um qui habitabat in sephat et interfecit eum. Vo-  
catusque est nomen eius homa. id est anathema. Cepit-  
que iudas gazam cum finibus suis: et aschalonem atque  
accharonem cum finibus suis. Fuitque dominus cum iuda: et  
montana possedit. Nec potuit delere habitato-  
res vallium: quia falcatis curribus abundabant. Dederunt  
que caleph hebreo sic dixerat moyses quod deleuit  
ex ea tres filios enach. Iebuseum autem habitato-  
rem hierusalem non deleuerunt filii beniamin: habita-  
uitque iebuseus cum filiis beniamin in hierusalem usque  
in presentem diem. Dominus quoque iosue ascendit in bethel:  
fuitque dominus cum eis. Nam cum obsideret urbem quam pri-  
us luza vocabatur: viderunt homines egredientes de ci-  
uitate: dixeruntque ad eum. Vnde nobis introitus ciui-  
tatis et faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset  
eis: percussit urbem in ore gladii: homines autem illi  
et omnes cognationes eius dimisit. Qui dimissus ab-  
iit in terram ethim et edificauit ibi ciuitatem vocauit  
que eam luza quam ita appellat usque in presentem diem. Na-  
nasses quoque non deleuit bethsan et canath cum vicu-  
lis suis: et habitatores dor et ieblaam et maged-  
do cum viculis suis: cepitque chananeum habitare  
cum eis. Postquam autem confortatus est israel fecit eos tribu-  
tarios et delere noluit. Effraim etiam non interfecit  
chananeum qui habitabat in gazer sed habitauit cum  
eo. Zabulon non deleuit habitatores thetaron et  
naalon sed habitauit chananeum in medio eius factus  
que est ei tributarius. Aser quoque non deleuit habitato-  
res accho et sidonis alab et achacib et ama et  
aphach et roob: habitauitque in medio chana-  
nei habitatorum illi. Erene interfecit eum. Neptalim  
quoque non deleuit habitatores bethsemes et betha-  
nat: et habitauit inter chananeum habitatorem  
fratre suorum ei bethsemita et bethanite tributa-  
rii. Artauitque amorem filios dan in monte: nec  
dedit eis locum ut ad planiora descenderent: ha-  
bitauitque in monte hares quod interpretatur testatio  
in haylon et salabim. Et aggrauata est manus do-  
mus iosue: factusque est ei tributarius. Fuit autem  
terminus amorrei ab ascensu scorpioidis petra et su-  
periora loca.

**A**scenditque angelus domini de galgal ad locum  
flentium et ait. Eduxi vos de egypto  
et introduxi in terram quam iuravi patribus ve-  
stris et pollicitus sum ut non facerem irritum pactum  
meum vobiscum in sempiternum: ita duxerat ut non  
feriret sed cum habitatoribus terrae et aras eo-  
rum subtereret: et nolui audire vocem meam. Cur  
hunc fecisti? Quamobrem nolui dolere eos a facie ve-  
stra ut habeat hostes: et dii eorum sint vobis in ru-  
inam. Cumque loqueretur angelus domini hec verba ad  
omnes filios israel: eleuauerunt vocem suam et fleuerunt.  
Et vocatus est nomen loci illius locus flentium siue la-  
chrymarum: imolaueruntque ibi hostias domino. Di-  
misit ergo iosue populum: et abiit filius israel vnusquisque in